Digitized by Google

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
19 D
28

II d 34

Digitized by Google

VII a 16

13- 21. f. 68

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E.I.17.

Digitized by Google

SACRI PALATII APOSTOLICI AVDITORII

Aſſertio

ECCLESIASTICAE LIBERTATIS
aduerſus eius impugnatores.



ROMAE.

Ex Typographia Vaticana.

M. DC. VII.

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX.

A

AEdificationem Eccleſiarum opus eſſe quaſi diuinum. pag. 75. & 76
reliqua vide in verbo: Eccleſia.
Alexandri Papæ III. auctoritas perperam intellecta a Peregrino. 10
Ambroſium Opizonem contra ſacros Canones & communem opinionem loqui. 50
Amortizationis Ius à Doctoribus Gallis reprehenſum, & à Regibus Chriſtianiſſimis ſublatum. 70. & 71
Andream Barbatiam varium & inconſtantem non mereri fidē. 49. & 50
Andream Geyl contra ſacros Canones & communem opinionem ſentire. 51
Andreas Alciatus falſo allegatus à Peregrino. 10
Antonius de Roſellis, qui iuriſdictionem Papæ in temporalibus oppugnauit, confitetur à Theologis & Canoniſtis communiter aſſeri. 6
Apoſtolicas litteras falſificans degradatur. 142
Argumenta contradictorum ex quibuſdam ſacris canonibus male intellectis deducta diſſoluuntur. 130. & ſeq.
Argumentum de diſpoſitione teſtamentaria ad ſtatutariam, non eſt legitimum. 55
Argumentum de pacto ad ſtatutum, quando locum habeat. 53. & 94
Argumentum negatiue ſumptum in ore nouatorum, eſt frequentiſſimum. 124
Articuli dubij non poſſunt, nec debent dirimi per quæſtiones æque vel magis dubias. 177
Aſſaſinij crimen in Clerico, an eo ipſo inducat degradationem. 144
Aſſaſini proprie qui dicantur. 144. & 145
Aſſaſinus Clericus antequam indicetur à ſæculari, debet pronuntiari aſſaſſinus à Iudice Eccleſiaſtico. 146. & 147

B

BAldi auctoritas ſuper poteſtate Papæ in temporalibus, conſiderata & expenſa ex aliquot eius lecturis. 9. & 10
Baldum ſe ipſum emendaſſe. 50
Baldus falſo allegatur à Peregrino, cum non neget Papæ poteſtatem in temporalibus. 9
Bartoli ſententia quod ſtatutum generale laicorum non comprehendat Eccleſias, licet ſtatuentes eas comprehendere intendant, eſt communis. 26. & 27
Bernardus Sanctus falſo allegatus à Peregrino pro ſua ſentent[illegible] cum contrariam teneat de duplici Pontificis gladio. 8
Bona Ecclesijs attributa efficiuntur Sancta Sanctorum. 47
Bonifacius VIII. diffiniuit Papam habere vtrumque gladium. 15

a Bono-

Bonorum quæſitorum & quærendorum diſtinctio non ſubſiſtit. 55
Bonorum acquiſitorum & acquirendorum diſtinctio reſpectu Eccleſiaſticæ immunitatis, Sacris Canonibus repugnat. 56.& 57
Bulla in Cœna Domini ſingulis annis publicata euiuſcumque immemorabilis curſum interrumpit. 170
Bulla in Cœna Domini anathematizat ſtatuta directè, vel indirectè Eccleſiaſtica libertati præiudicantia. 194

C

CAnones & Leges dicentes Imperium diuinitus conſtitutum, quomodo intelligantur. 18.& 19
Canones Sacri per leges Ciuiles quomodo adiuuentur. 45
Cap. nouit. de Iudic. aperte confirmat communem ſententiam de duplici Papæ iuriſdictione. 10
Cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit. probat duplicem Papæ iurtſdictionem. 11
Cap. cauſam quæ. il 2. Qui filij ſint legit. oppugnat opinationem Conſulentis. ibid.
Cap. ſi duobus. de appellat. nõ ſuffragatur opinationi conſulentis. ibid. in fin.
Carolus Molineus ab Eccleſia proſcriptus, nullius eſt auctoritatis. 132
Carolus Magnus nec conceſſit, nec concedere potuit Venetis Iudicium criminale ſuper Clericos. 185
Cauſa Eccleſiaſtica de Iure non poteſt committi ſimul Clerico & laico. 152
Cauſæ piæ diſpoſitionem ſtatuta impedientia, ſunt contra Eccleſiæ libertatem. 38
Charitatis prætextu non poteſt defendi ſtatutum Senatus. 65
Chriſtus Dominus ſapienter prouidens Eccleſiæ ſuæ, Vicario ſuo reliquit vtrumque gladium. 13
Chriſtus Dominus non neceſſitate coactus, ſed liberalitate ſua pietatis tributum ſolui iuſſit. 125.& 126
Clauium appellatione fuit data Petro & eius ſucceſſoribus generalis poteſtas, & iuriſdictio non reſtricta ad ſpiritualia tantum. 7
Cleri totius generale fori priuilegium eſt, vt eorum cauſæ criminales à Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcantur. 102
Cleri priuilegium fori probatur multis Romanorum Pontificum decretis. 102.& 103
Cleri priuilegiũ fori oſtẽditur ex Sacris Cõciliorũ Canonibus. 103.& 104
Cleri priuilegium fori probatur per recentiores Sacros Canones antiquis conformes. 104.& 105
Cleri priuilegium fori multi Chriſtiani Imperatores agnouerunt. 105
Cleri priuilegium fori agnouerunt & probarunt Doctores Legiſtæ etiam criminaliſtæ. 105.& 106
Cleri priuilegium fori competit etiam Clericis prima tonſuræ. 106

Cleri

Cleri priuilegium fori probatur teſtimonijs veteris teſtamenti. 111.& 112
Clerici non ſunt de foro laicorum. 28
Clerici Principes honorare & pro eis orare tenentur. 43
Clerici valde proficui ſunt laicis. 64
Clerici prima tonſura ſunt de foro Eccleſiæ, & ſortiuntur priuilegia clericalia. 106
Clerici etiam volentes non poſſunt priuilegio fori renunciare. 106.& 107
Clerici nedum in leuibus criminibus, ſed etiam in grauibus & atrocibus ob fori priuilegium, ſunt exempti à iuriſdictione magiſtratuum ſæcularium. 107.& 108
Clerici non ſunt ſubiecti Iudicibus ſæcularibus ex eo quod Chriſtus tributum pro ſe & Petro ſolui iuſſit. 125
Clerici fori priuilegio vtuntur & defenduntur, donec ab Eccleſia fuerint degradati,& curiæ ſæculari traditi ſeu relicti. 138
Clerici per degradationem verbalem non perdunt fori priuilegium, licet amittant per actualem. 139
Clericis competit de Iure communi liberè vendere, & emere. 35.& 36
Clericorum priuilegium fori eſt de Iure diuino. 110 & ſeq.
Clericorum priuilegium fori non erat de Iure Diuino ceremoniali, & ideo non ceſſauit in nouo teſtamento. 111.& 112
Clericorum priuilegium fori Iuris Diuini eſſe,probatur teſtimonijs noui teſtamenti. 112.& 113
Clericorum priuilegium fori Iuris Diuini eſſe, probatur perpetua Eccleſiæ traditione. 113
Clericorum priuilegium fori à Iure Diuino prouenire,probatur multis epiſtolis Romanorum Pontificum Decretalibus. 114.& 115
Clericorum priuilegium fori ordinatione Diuina conceſſum, probatur generalium Conciliorum auctoritate. 115.& 116
Clericorum priuilegium fori Iuris Diuini eſſe,teſtatur communis Canoniſtarum ſententia. 116.117.& 118
Clericorum priuilegium fori à Iure Diuino prouenire, dixerunt Legiſtæ. 119.120.& 121
Clericorum priuilegium fori eſſe Iuris Diuini,affirmant Theologi. 121. & ſeq.
Clericorum priuilegium fori à Iure Diuino emanaſſe,probatur rationibus. 122.& ſeqq.
Clericorum priuilegium fori negantes Iuris Diuini eſſe, eiſdem fere vtuntur argumentis, quibus olim Marſilius de Padua hæreticus, & alij deinceps vſi ſunt. 124
Clericorum priuilegium fori negantiũ rationibus reſpondetur.124.& ſeqq.
Clericorum priuilegium fori non ſubuertitur ex illo ſancti Petri dicto, Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ. 126.& ſeq.
Clericorum fori priuilegium non tollitur ex eo quod Sanctus Paulus appellauit ad tribunal Cæſaris. 128

Clericorum priuilegium fori non deſtruit auctoritas S. Pauli ad Romanos. cap. 13. Omnis anima, *&c.* 129. *& ſeq.*
Clericorum priuilegium fori licet non eſſet de Iure Diuino, potuerunt tamen Romani Pontifices Clericos eximere à laica poteſtate. 135. *& ſeq.*
Clericorum exemptio à Iuriſdictione ſaeculari fuit in Eccleſia neceſſaria. 136
Clericorum priuilegium fori non poſſunt Principes ſaeculares ſuis legibus tollere. 138
Clericorum appellatione in fauorabilibus & odioſis, qui intelligantur. 153
Clericorum appellatione in odioſis nec veniunt Monachi nec Abbates. ibid.
Clericorum iudicandorum incapaces ſunt laici. 173
Clericorum immunitas non fuit eis conceſſa per priuilegia Imperatorum, ſed ſolum declarata. 182
Clericorum immunitatem ſaepe declarare decuit, quia initio naſcentis & creſcentis Eccleſiae, non erat ſatis nota. *ibid. & ſeq.*
Clericorum iudicia criminalia nec conceſſit, nec concedere potuit Venetis Carolus Magnus. 185
Clericos obligari legibus ciuilibus bonum commune reſpicientibus, quomodo ſit intelligendum. 62
Clericos praetendere iudicare Senatum Venetum, hierarchia Eccleſiaſtica ordinem perturbat. 100
Clericos trahentes ad ſua tribunalia ſaecularia, ſunt de haereſi ſuſpecti. 107
Clericos etiã in grauibus non poſſunt bannire Iudices ſaeculares. 108. *& ſeq.*
Clericos non ſubeſſe Imperatori ratione Iuriſdictionis ſentit Innocentius, & ſic errat Curia ſaecularis ſequendo Innocentium male intellectũ. 135
Clericos degradatos & Curiae ſaeculari traditos, poſſunt iudices ſaeculares iudicare. 148
Clericos atrocium criminum reos, non fuit auſus punire Michael Steno Dux Venetiarum. 166. *& ſeq.*
Clericos Epiſcopi mandato capi ſolitos Venetijs, teſtatur Ancharanus. 172
Clericos à priuilegijs Imperatorum habere ſuam immunitatem, falſum eſt. 181
Clericos ab Imperatoribus Orientalibus ſemper fuiſſe iudicatos vſque ad annum 1485. *in cauſis criminalibus, falſum eſt.* 184
Clericos neque pro atrociſſimis delictis iudicant Hiſpaniae Reges. 185
Clericum depoſitum poteſt Epiſcopus reſtituere. 140
Clericum actualiter degradatum, non poteſt Epiſcopus reſtituere, ſed ſolus Papa. 141
Clericum aſſaſſinum antequam iudicet ſaecularis iudex, Eccleſiaſticus debet pronunciare ſuper qualitate aſſaſſinij. 146
Clericus ob fori priuilegium etiam in crimine laeſae maieſtatis humanae, non poteſt à Iudice ſaeculari iudicari. 108
Clericus depoſitus retinet priuilegium fori. 140
Clericus actualiter degradatus ſtatim perdit fori priuilegium. ibid. & ſeq.

Clericus degradatus retinet characterem. 141
Clericus pro nullo crimine eſt actualiter degradandus, niſi in caſibus expreſſis à Iure Pontificio. ibid. & ſeq.
Clericus incorrigibilis degradatur. 142. & ſeq.
Clericus pro quibus caſibus ſit degradandus late traditur. à pag. 142. *vſque ad* 148
Clericus propter aſſaſſinium, an ſit degradandus. 144. & ſeq.
Clericus aſſaſſinus an poſſit puniri per Iudicem ſæcularem, non præcedente actuali degradatione. 145. & ſeq.
Clericus degradandus eſt propter crimen nefandum. 146
Clerus in Regno Angliæ à iudicio ſæculari liberatus. 185
Collegia ex cauſa pietatis & religionis ſunt à Iure permiſſa. 92
Collegia licita vel illicita, quæ cenſeantur. 93
Competentia de iure communi difficilius tolluntur, quam quæ iure ſpeciali. 34. & 35
Concilia multa vetant alienari & vſurpari res Eccleſiæ. 192. & 193
Confirmatio Papæ generalis non comprehendit ea, quæ ſunt contra Eccleſiaſticam libertatem. 33
Confiſcationis pœna adiecta in ſtatuto contra ædificantes Eccleſias ſine licentia Senatus, Eccleſiaſticam immunitatem euertit. 88
Connexitas inter dominium directum & vtile vnde proueniat. 196
Connexitas maior inter directum & vtile dominium, quam inter poſſeſſionem & proprietatem. 200
Conſtantini priuilegium non probat munus ædificandi Eccleſias pertinere ad Principes ſæculares. 97. & 98
Conſtitutio Heraclij Imperatoris declarantis & liberantis Clericos à iudicio criminali laicorum. 184
Conſuetudinem Lombardiæ ne bona transferantur in Eccleſias, non ſuſtineri. 71
Conſuetudines quarundem Ciuitatum Italiæ Eccleſiarum iuribus non præiudicare. 203
Conſuetudo quod Clerici in grauibus banniantur de regno per Iudices ſæculares, eſt contra ſacros Canones. 108. & 109
Conſuetudo contra Eccleſiæ libertatem non eſt valida. 201
Correlatiuorum natura declarat mentem ſtatuentium Eccleſias & Eccleſiaſticos grauare volentium. 68
Couarruuias male allegauit Innocentium contra priuilegium fori Clericorum. 132

D

D*Ecimas vt poſſit percipere laicus, duo copulatiue probare debet.* 178
Decretum Senatus Veneti ne bona immobilia in Eccleſias & pia loca transferantur,

ſerantur, eſt inualidum ex defectu poteſtatis ſtatuentium. 23
Decretum ſeu ſtatutum oppugnans Eccleſiaſticam libertatem, inualidum eſſe multis docetur. 29. & 30
Degradandi ſunt & Curiæ ſæculari tradendi, qui cum non ſint presbyteri Miſſas celebrant. 147. & 148
Degradandi ſunt & Curiæ ſæculari tradendi, qui cum non ſint presbyteri ſacramentum pœnitentiæ miniſtrare præſumunt. 148
Degradandus an ſit Clericus in crimine aſſaſſinij antequam puniatur per iudicem ſæcularem. 145. & 146. & 147
Degradandus eſt Clericus propter crimen nefandum. 146
Degradatio duplex vna verbalis, altera actualis. 138. & 139
Degradatio verbalis non tollit priuilegium fori Clericorum, ſed actualis. 139
Degradatio actualis & traditio Curiæ ſæculari pro nullo crimine infligenda eſt Clericis, niſi in caſibus à iure Pontificio expreſſis. 141. & 142
Degradatio inducitur pro falſificatione litterarum Apoſtolicarum. 142
Degradatio imponitur pro crimine hæreſis. 142
Degradatio actualis quot & quibus caſibus ſit imponenda Clericis late traditur. 142. & ſeqq.
Degradatur Epiſcopo parans inſidias, aut contumeliam inferens. 142
Degradatur Clericus incorrigibilis. 142. & 143
Diſpoſitio ſtatuti generalis non trahitur ad illa, quæ in ſpecie fieri non poſſunt. 27
Diſtinctio inter Eccleſias ædificatas, & ædificandas non defendit ſtatutum ſub prætextu quod diſponat de ædificandis tantum. 89
Diuinæ domus appellatione in legibus Ciuilibus non intelligitur Eccleſia, ſed domus Imperatoris contra Bartolum. 32. & 33
Diuitiæ Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum multis modis laicis opitulantur. 64
Doctores allegati pro Repub. Veneta, non eſſe receptos in ſua opinione. 49
Doctores aliquos allegatos pro Venetis de quibuſdam caſibus particularibus loquentes, eis non fauere. 51. & 52
Doctores allegati pro Venetis declarantur. 132. & ſeqq.
Doctores inſignes de dominio Veneto nullam immemorabilem præſcriptionem agnouerunt, vt Iudices ſæculares poſſint Clericos iudicare. 170. & 171
Dominia rerum acquirere iure Diuino & humano licet Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis. 30. & 31
Dominicus Sotus falſo allegatus contra priuilegium fori Clericorum. 122. & 134
Dominij directi & vtilis, & vſus accurata diſtinctio ad tollendam æquiuocationem. 198. & 199
Dominium vtile cum directo conſolidari ſtatutum vetans, iniquum eſt. 188

Dominium vtile quantum ad naturam & eſſentiam, eſt Eccleſia, licet quantum ad vſum ſit emphiteuta. 195
Dominium directum & vtile reſpectu Iuris ſunt connexa, & ideo ſicut non valet ſtatutum ſuper directo, nec valet ſuper vtili. 196
Dominium vtile tractari in cap. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitution. cenſuerunt inſignes Canoniſtæ. 198
Dominium directum & vtile qualiter non poſſint diuerſo iure cenſeri. 199. & 200
Domus diuina appellatione in legibus Ciuilibus, non intelligitur Eccleſia, ſed domus Imperatoris contra Bartolum. 32. & 33
Dotis cauſa cum ſit pia, ſtatuta eius fauore facta, non præiudicant Eccleſiæ libertati. 69

E

Eccleſia procedere poteſt contra Principes, & inobedientes, & eos excommunicare, & deponere, & ſubditos à ſubiectione eorum liberare. 13
Eccleſia poteſt compellere ſtatuentes laicos ad declarandum ſtatuta ſua non comprehendere Eccleſias, res & perſonas Eccleſiaſticas. 28
Eccleſia non venit appellatione diuinæ domus in legibus ciuilibus, ſed domus Imperatoris contra Bartolum. 32. & 33
Eccleſia contrahentium præiudicia recuſans, in emphiteoſi eorum conſulit indemnitati. 54
Eccleſia ædificanda ſi futura ſit parochialis, maxime eius cura pertinet ad Epiſcopum. 82
Eccleſia vt ædificetur, poteſt quis cogi ad vendendum proprium fundum. 95
Eccleſia vna in præiudicium alterius ædificari non debet, ſed cognitor eſt Epiſcopus. 99
Eccleſia ſi emphiteoſi finita vult pro ſe retinere rem emphiteoticam, non poteſt cogi reinueſtire. 190
Eccleſiæ bono regimini vt prouideretur, reliquit Chriſtus Petro & eius ſucceſſoribus vtramque iuriſdictionem ſpiritualem, & ſecularem. 13. & 14
Eccleſiæ Catholicæ perpetuo vſu receptum fuit, vt Romani Pontifices vtramque iuriſdictionem in Principes ſæculares exercuerint. 14
Eccleſiæ nomine in diſputatione de ædificandis Eccleſiis, intelligi Eccleſiā materialem. 71
Eccleſiæ quibus de cauſis ædificentur. 77. & ſeq.
Eccleſiæ definitio ſuadet Eccleſias auctoritate Epiſcoporum ædificandas. 83
Eccleſiæ naſcentis initio Imperatoris poteſtas dominabatur fidelibus & infidelibus, quæ tunc non ceſſauit propter paucos fideles. 129
Eccleſiæ libertas inpræſcriptibilis eſt. 172. & 173

Eccle-

Eccleſiarū & Eccleſiaſticorum diuitiæ multis modis laicis opitulantur. 64
Eccleſiarum ædificationem opus eſſe quaſi diuinum. 75.& 76
Eccleſiarum ædificandarū cura ad ſolos Pontifices ſpectat in Repub. Chriſtiana. 80.& 81
Eccleſiarum ædificandarum materia cum non pertineat ad Iudices ſæculares, ſuper illa non poſſunt ſibi ius dicere. 89.& 90
Eccleſias ædificandi munus de iure Canonico Græcorum, pertinet ad Epiſcopos. 84
Eccleſias inconſulto Senatu non eſſe ædificandas, eſt contra Eccleſiæ libertatem. ibid.
Eccleſias ædificare, non licet prohibere, ſicut non licet conſtituere, ne acquirere poſſint. 86
Eccleſias eſſe intra territorium alicuius Principis ſæcularis, non tribuit ei iuriſdictionem ſuper ipſis. 95.& 96
Eccleſias ædificandi munus pertinere ad Magiſtratus ſæculares, non probatur ex cap. boni principis.96. diſtinct. 97
Eccleſiaſtici cum neceſſitas poſtulat per iudices Eccleſiaſticos, non per laicos ſunt inducendi ad legum obſeruationem. 62
Eccleſiaſtico Iudice non vocato ſicut poſtulat priuilegium, ſilet officium Iudicis ſæcularis. 162
Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis liberū eſt acquirere rerum dominia. 30
Eccleſiis ædificandis non minus quam ædificatis fauendum. 89
Emphiteoſi finita, ſi Eccleſia vult pro ſe retinere, non poteſt cogi reinueſtire. 190
Emphiteoſis conditionibus qualiter Eccleſia conſulat. 54
Emphiteoſis licet verbis non exprimatur in Statuto Veneto, re tamen comprehenditur. 204
Enſis in nocte Natalis Domini à Papa benedictus ad aliquem Catholicum Principem tranſmittendus, victoriam Chriſti, & Iuriſdictionem in temporalibus Vicario tributam ſignificat. 15
Epiſcopi mandato Clericos capi ſolitos Venetijs, teſtatur Ancharanus. 172
Epiſcopo parans inſidias, aut contumeliam inferens, degradatur. 142
Epiſcopus poteſt Clericum depoſitum reſtituere. 140
Epiſcopus non poteſt Clericum actualiter degradatum reſtituere, ſed ſolus Papa. 141
Exemptio Clericorum à Iuriſdictione ſæculari, fuit neceſſaria in Eccleſia. 136.& ſeq.
Extrauagans. Vnam ſanctam. *non fuit immutata per Conſtitutionem Clementis V. quæ incipit:* Meruit. 2

F

Falſificans litteras Apoſtolicas degradatur. 142
Forum ſortiri, & ſtatutis ligari, paria ſunt. 28.& ſeq.

Francia

Franciæ Reges Chriſtianiſſimi Ius amortizationis ſuſtulerunt. 70 & 71
Franciſci de Victoria relectiones, non ſunt partus legitimi eius, cuius nomine circumferuntur. 132. & 133

G

Germaniæ ſtatuta relata ab Andrea Geil non ſubſiſtere. 72
Germaniæ Imperatores Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum immunitati ſæpe conſuluerunt. 186
Gratiani dictum aſſerentis Reges Sacerdotibus præfuiſſe, quomodo intelligatur. 131
Gregorius IX. declarauit Papam habere vtrumque gladium. 15

H

Hæreſis crimen inducit degradationem. 142
Hæreticum eſt aſſerere, Chriſtum non tradidiſſe Petro & eius ſucceſſoribus omnimodam poteſtatem. 15
Heraclij Imperatoris conſtitutio declarantis & liberantis Clericos à Iudicio criminali laicorum. 184
Hiſpaniæ Reges neque pro atrociſſimis delictis, Clericos iudicare prætendunt. 185
Hiſtoria doloſe relata ad probandum Venetos ab initio Clericos puniuiſſe. 180. & 181
Hoſpitalium piorum ædificandorum cura pertinet ad Epiſcopos. 83

I

Immemorabilem alleganti, incumbit onus eam probandi. 164
Immemorabilem ſi habuiſſet Senatus, eam expreſſiſſet in primis priuilegijs, quæ à Sede Apoſtolica impetrauit ad puniẽdos Clericos. 165. & 166
Immemorabilem præſcriptionem multis actibus poſitiuis ſæpe excluſit Venetus Senatus. 167. & ſeq.
Immemorabilem præſcriptionem excludit perpetua Romanorum Pontificum contradictio. 169
Immemorabilem præſcriptionem interrumpit proceſſus Bullæ in Cœna Domini. 170
Immemorabilem præſcriptionem nullam agnouerunt inſignes Doctores de Dominio Veneto. 170. & 171
Immemorabilis narrata in gratia non motu proprio facta, verificanda eſt. 158
Immemorabilis præſcriptio non prodeſt contra ea, quæ competunt de Iure Diuino. 160
Immemorabilis multis modis excluditur. 164. & ſeq.
Immemorabilis præſcriptio etiam legitime probata, non poſſet Senatui ſuffragari. 172
Immemorabilis non habet vim priuilegij, quando conſtat de titulo præcedente, vel adeſt incapacitas in præſcribente. 173. & 174
Immemorabilis & priuilegij allegatio, non efficiunt capacem eum, qui aliàs eſt incapax. 175

Immunitas Clericorum non deſcendit à priuilegijs Imperatorum. 181
Immunitas Clericis Diuinitus competens, non fuit eis conceſſa per priuilegia Imperatorum, ſed ſolum declarata. 182
Immunitati Clericorum Principes ſæculares non poſſunt ſuis legibus derogare. 138
Immunitati Eccleſiarum & perſonarum Eccleſiaſticarum Germaniæ Imperatores ſæpe conſuluerunt. 186
Imperator non habet à Deo immediatè poteſtatem. 17
Imperator non eſt mundi dominus quantum ad primariam auctoritatem. 21. & 22
Imperator non poteſt condere legem, ne bona immobilia Eccleſijs relinquantur. 25
Imperator Conſtantinopolitanus ex auctoritate S. Petri male intellecta, ſubiecti eſtote, *&c. prætendebat Imperium Sacerdotio præferre.* 126. & 127
Imperatores ſæpe agnouerunt Papæ poteſtatem in temporalibus. 6
Imperatores quo ſenſu dicantur à Deo conſtituti. 18
Imperatores multi Catholici agnouerunt Cleri priuilegium fori. 105
Imperatores ſuis priuilegijs non contulerunt Clericis immunitatem, ſed ſolum declarauerunt Ius, quod iam diuinitus competebat. 182
Imperatores Orientales ſemper vſque ad annum 1485. *cognouiſſe cauſas criminales Clericorum, falſum eſt.* 184
Imperatores Germaniæ Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum immunitati ſæpe conſuluerunt. 186
Imperatoris Heraclij conſtitutio declarantis & liberantis Clericos à Iudicio criminali laicorum. 184
Imperium & Sacerdotium a Deo ſunt, non tamen eodem modo. 19
Imperium & Papatus non ideo dicuntur ex eodem fonte procedere, quod Imperium immediate à Deo, ſicut Papatus deſcendat. ibid.
Incorrigibilis Clericus degradatur. 142 & 143
Incorrigibilitas vt inducatur, quid requiratur. 143
Innocentij III. auctoritas perperam perpenſa à Peregrino in cap. nouit. de Iudic. 10. & 11
Innocentij ſententia eſt, priuilegium fori Clericorum eſſe de Iure Diuino, & ſic perperam allegatur à Couarruuia pro ſententia negatiua. 117
Innocentius in cap. nouerit. de ſenten. excommunicat. quomodo ſit intelligendus. 134. & 135
Inſidians Epiſcopo degradatur. 142
Intellectus. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædior. 46
Intellectus. l. an in totum. C. de ædific. priuator. ibid.
Intellectus. l. ſi in emptione. §. omnium. ff. de contrahen. empt. 46. & 47
Intellectus. l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. 47
Intellectus. l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat. ibid.
Intellectus. l. 1. & l. illud. & l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. Eccleſ. 47. & 48

Intelle-

Intellectus verus cap.final.de immunit.Eccleſ. lib.6. 66.& 67
Intellectus l.1.& l.2.ff.de relig.& ſumpt.ſuner. 94
Intellectus cap.boni principis.96.diſtinct. 97
Intellectus cap. adminiſtratores.23.quaeſt.5. 98
Intellectus cap.1.& 2.de noui oper.nunciat. 98.& 99
Intellectus verus illius auctoritatis, ſubiecti eſtote. 127
Intellectus verus illius verbi Pauli: Omnis anima. 129.& 130
Intellectus cap. Omnis anima. *de cenſibus.* 131.& 132
Intellectus verus cap.cum non ab homine, de Iudic. 143
Intellectus verus cap.1.de Homicid.lib.6. 145
Intellectus Concilij Lateranenſis relati in cap.final. de reb. Eccleſ. non alienan. 193
Intellectus verus cap. Quæ in Eccleſiarum. *de conſtitut.loquentis de dominio vtili.* 197
Ioannes de Turrecremata falſo allegatus à Peregrino, cùm non neget Papæ Iuriſdictionem in temporalibus. 9
Ioannes XXII.declarauit Papam habere vtrumque gladium. 15
Ioannis Petri Surdi æquiuocatio detegitur, & ſententia confutatur. 199
Iudex ſæcularis non poteſt iudicare Clericum incorrigibilem, niſi præcedat declaratio Iudicis Eccleſiaſtici. 143
Iudex Eccleſiaſticus debet pronunciare ſuper qualitate aſſaſſinij commiſſi à Clerico, antequam iudex ſæcularis eum puniat. 147
Iudex laicus non poteſt cognoſcere de poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ. 200
Iudices Eccleſiaſtici poſſunt compellere ſtatuentes laicos, ad declarandum ſtatuta ſua non comprehendere Eccleſias. 28
Iudices ſæculares trahentes Clericos ad ſua tribunalia, ſunt de hæreſi ſuſpecti. 107
Iudices ſæculares non poſſunt iudicare Clericos etiam ob crimen læſæ maieſtatis humanæ. 108
Iudicis Eccleſiaſtici declaratio præcedere debet ſuper incorrigibilitate, antequam Iudex laicus puniat Clericum incorrigibilem. 143.& 144
Iudicium non eſt vſurpatum, ſi Prælatus Eccleſiaſticus intromittit ſe de temporalibus. 21
Iuris diuini appellatione quid intelligatur. 110.& 111
Iuriſdictio ſpiritualis & ſæcularis cur, & quomodo initio fundatæ Eccleſiæ fuerit tributa Petro, & eius ſucceſſoribus. 12
Iuriſdictionem Romani Pontificis ſuper temporalibus negantes, in hæreſim labuntur. 15
Iuriſdictiones ſpiritualis & temporalis quoad primariam auctoritatem in Papa exiſtentem, non dicuntur diſtinctæ. 21
Ius Regis quod explicuit Samuel lib.1. Regum cap.8. non eſt legitimi Regis, ſed Tyrannice regnantis. 43.& 44
Ius quæſitum de conſenſu partium non poteſt tollere Princeps. 189

L

Laici non poſſunt iudicare de rebus annexis ſpiritualibus. 79. & 80
Laici incapaces ſunt iudicij exercendi contra Clericos. 173
Laicis non eſt tributa poteſtas ſuper Eccleſias, res, & perſonas Eccleſiaſticas. 24
Laicorum ſtatuta ſpecificè de Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis loquentia, communis opinio Doctorum affirmat eſſe inualida. ibid.
Laicorum querimonia contra Clericos diuites, iniqua eſt. 63. & 64
Laicus vt poſſit percipere decimas duo copulatiue probare debet. 178
Leges ciuiles, & Canones dicentes Imperium diuinitus conſtitutum, quomodo intelligantur. 18. & 19.
Leges Imperiales contra Ius Canonicum non valent, niſi fuerint à Papa confirmatæ. 33
Leges Principum ſæcularium laicos, non Eccleſias, aut Clericos obligare poſſunt. 42
Leges ciuiles minus candidè inductas contra Eccleſiæ immunitatem. 45
Leges Principum ſæcularium ſacris Canonibus contradicentes reſpuendæ. ibid.
Leges Portugaliæ Venetis non ſuffragari. 72. & 73
Legis validæ ferendæ vera & propria requiſita. 23
Legislatores ſæculares cognouerunt locum ſacrum ſine Pontificum auctoritate fieri non poſſe. 82
Lex vel ſtatutum niſi communi Ciuium vtilitati conſulat, non ſuſtinetur. 60. & 61
Libertas Eccleſiaſtica in quo conſiſtat. 40
Libertas nulla maior, quam Eccleſiæ ſeruire, & eius leges ſeruare. 182
Licentia ædificandi Eccleſias, quam ſibi reſeruat Senatus, grauiter lædit Eccleſiæ immunitatem. 87
Litteræ Paſqualis Mari Petro Ducis Venetiarum directæ ad Pium II. quibus ſignificat ſe reuocaſſe decreta Eccleſiaſticæ libertati repugnantia. 16. & 17
Lombardiæ conſuetudinem ne bona transferantur in Eccleſias, non ſuſtineri. 71
Ludouicus Molina fallitur dum Principibus ſæcularibus vult gratus fieri. 134

M

Marcus Antonius Peregrinus falsò allegat Doctores. 7
Marcus Antonius Peregrinus, qui modo impugnat Papæ poteſtatem in temporalibus, eam alio tempore aſſeruit. ibid.
Marſilium de Padua Iuriſdictionem Eccleſiæ & priuilegium fori Clericorum negantem, damnauit Ioannes XXII. 126
Marſilius de Padua, & Ioannes de Ianduno errantes, negabant Papæ poteſtatem ſuper temporalibus. 18
Marſilius de Padua hæreticus damnatus eiſdem olim auctoritatibus vtebatur

batur, quibus nunc vtuntur aſſerentes Clericos eſſe ſubiectos Iudicibus ſæcularibus. 125.& 126

Mediolani ſtatutum defenſum à Signorolo reſpectu Eccleſiaſticorum, non ſuſtineri. 71

Miſſas celebrans, qui non eſt presbyter, degradandus eſt, & Curiæ ſæculari tradendus. 147.& 148

Monaſteriorum ædificandorum cura pertinet ad Pontifices. 83

Monaſterium ingredientem non ſuccedere, eſt contra communem ſententiam. 57

Mutatio temporum, non tribuit poteſtatem Iudicibus ſæcularibus condendi leges ſuper rebus Eccleſiaſticis. 63

N

Nicolaus Papa II. declarauit in cap. omnes. 22. diſtinct. Papam habere vtrumque gladium, ſpiritualem & temporalem. 15

O

Opinio affirmans poteſtatem Principum ſæcularium eſſe immediate à Deo, inductiua eſt ſchiſmatis. 21

P

Paciſcentes rebus proprijs poſſunt imponere pacta ſibi bene viſa, ſecus Magiſtratus ſtatuentes. 53

Pactis priuatorum non præiudicatur Eccleſiaſticæ libertati, ſicut ſtatutis. 52.& 53

Pactis priuatorum non derogatur Eccleſiaſticæ libertati. 94

Papa quamuis vigore iuriſdictionis ſæcularis nõ habeat confirmare quemlibet Regem, quilibet tamen Rex ſubeſt regimini Eccleſiæ. 12.& 13

Papæ poteſtas duplex ſpiritualis & ſæcularis. 2

reliqua vide in verbo: Poteſtas.

Papæ perpetuam Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſequuti, quoties oportuit in Principes ſæculares temporalem iuriſdictionem exercuerunt. 14

Papatus & Imperium non ideo dicuntur ex eodem fonte procedere, quod Imperium immediate à Deo, ſicut Papatus, deſcendat. 19

Paria eſſe forum ſortiri, & ſtatutis ligari, quomodo intelligatur. 29

Paſqualis Maripetro Dux Venetiarum humiles litteras ſcribit ad Pium II. quibus ſignificat ſe decreta illa reuocaſſe, quæ mentem Papæ lædere videbantur. 16

Pauli Apoſtoli appellatio ad Cæſarem interpoſita, non tollit priuilegium fori Clericorum. 128

Paulus Apoſtolus quomodo ad Cæſarem appellauerit. 128.& 129

Petri Ferrarienſis auctoritas parui momenti eſt, cum iuſto Eccleſiæ iudicio in multis fuerit emendatus. 132

Pœna in ſtatuto adiecta contrauenientibus, lædit Eccleſiæ immunitatem. 40.& 41

Pontifices Romani potuerunt eximere Clericos à laica poteſtate, ſine conſenſu Imperatorum. 135.& ſeq.

Pontificum Romanorum contradictio immemorabilem præſcriptionem excludit. 169
Portugaliæ leges Venetis non ſuffragari. 72. & 73
Poteſtas Papæ duplex ſpiritualis & ſæcularis, probatur auctoritate ſacrorum Canonum, *& ſanctorum doctorum Theologorum.* 2. & 3
Poteſtas Papæ duplex fuit promiſſa illis verbis: & tibi dabo claues. *& tradita illis:* paſce oues meas. 7
Poteſtas Papæ non reſtricta ſolum ad ſpiritualia, fuit data Petro & eius ſucceſſoribus, vt probat verbum generale, quodcunque. 7. & 8
Poteſtas Petri & ſucceſſorum eius, extenditur ad omnem populum ſecundum omnem differentiam. 8
Poteſtas Papæ coactiua ſuper temporalibus, declarata & diffinita à Ioanne XXII. contra Marſilium de Padua. 11
Poteſtas Papæ coactiua ſuper temporalibus aperte deducta ex cap. nouit. de Iudic. ibid.
Poteſtas ſæcularis fuit data Petro & eius ſucceſſoribus ad tollenda impedimenta, quibus diuina & ſpiritualia ſæpe perturbantur. 12
Poteſtas ſæcularis non eſt à Deo immediate tributa Principibus ſæcularibus. 17
Poteſtas ſæcularis vnius hominis ſuper vniuerſum orbem, non eſt immediate ex ordinatione diuina. 20
Poteſtas Reipublicæ Venetæ non eſt immediate à Deo. ibid.
Poteſtas ſæcularis ſubdita eſt ſpirituali, ſicut corpus animæ. 21
Poteſtas ſpiritualis & ſæcularis licet ſint diſtinctæ reſpectu exercitij, non tamen reſpectu apicis ſupremæ poteſtatis, quæ ſemper reſidet in Papa. ibid.
Poteſtas ſpiritualis tamquam nobilior & ſuperior præminet ſæculari. 22
Poteſtas ſuper Eccleſias, res, & perſonas Eccleſiaſticas, non eſt tributa laicis. 24
Poteſtatem Papæ duplicem, teſtatur communis Canoniſtarum ſententia. 3. & ſeq.
Poteſtatem eandem confitentur Legiſtæ. 5. & 6
Poteſtatem Papæ in temporalibus agnouerunt ſæpe Imperatores. 6
Poteſtatem vtramque ſiue iuriſdictionem reliquit Chriſtus Petro & eius ſucceſſoribus, vt ſufficienter eſſet Eccleſiæ prouiſum de bono regimine. 13. & 14
Poteſtatem Romani Pontificis ſuper temporalibus negantes, in hæreſim labuntur. 15
Poteſtates duæ in Republica Chriſtiana, ſpiritualis & ſæcularis. 17
Poteſtates ſpiritualis & ſæcularis cum non ſint oppoſitæ, poſſunt eſſe & ſunt in eadem perſona Romani Pontificis. 22
Poteſtatis ſæcularis traditæ Petro & ſucceſſoribus ſuis, ſingulis annis in nocte Natalis Domini præclarum exemplum repræſentatur in ſacello Pontificio. 14. & 15

Poteſtatis ſpiritualis & ſecularis Romanæ Eccleſiæ Reſpub. Veneta ſæpe ſenſit aculeos. 16
Prælatus ſpiritualis iudicans de temporalibus, non vſurpat iudicium. 21
Præſcriptio non habet locum contra ea, quæ ſunt iuris Diuini. 173
Præſcriptio immemorabilis non prodeſt contra ea, quæ competunt de iure Diuino. 160
Princeps non poteſt tollere ius quæſitum de conſenſu partium. 189
Princeps non poteſt diſponere de dominio directo rerum Eccleſiæ, nec de vtili, quod eſt effectus directi. 195
Principes ſæculares non habent à Deo immediate poteſtatem. 17
Principes ſæculi, quo ſenſu dicantur à Deo conſtituti. 18
Principes ſæculares leges condere poſſunt laicos, non Eccleſias, aut Clericos obligantes. 42
Principes ſæculares ſub prætextu boni regiminis, non poſſunt ferre leges ſuper materia Eccleſiarum ædificandarum. 91
Principes ſæculares non poſſunt ſuis legibus derogare immunitati Clericorum. 138
Principes non poſſunt limitare ius Diuinum. 203
Principes à non ſubditis non poſſunt res ſuas auferre. 204
Principi aſſerenti ſe habere priuilegium ad puniendos Clericos, non eſt credendum. 179
Principi aſſerenti extare conſuetudinem, non eſt credendum in præiudicium Eccleſiarum. 201
Principum ſæcularium munus eſt tueri & protegere Eccleſias, non earum iura vſurpare. 98
Priuilegia Apoſtolica, quibus Senatus Venetus vtitur, an ſubſiſtant. 148. *& ſeqq.*
Priuilegia duo Sixti IIII. ſolum concedunt vt Clerici in duobus criminibus de quibus ibi, poſſint examinari coram Iudice laico, interueniente tamen Eccleſiaſtico. 151
Priuilegia lædentia ius Ordinariorum, ſtricte intelligenda ſunt, & ad iuris conſonantia reducenda. *ibid.*
Priuilegia Senatus amiſit propter abuſum illorum. 162. & 163
Priuilegij Sixti IIII. vigore, nulla Senatui tribuitur iuriſdictio. 150
Priuilegij Innocentij VIII. verba illa, vt iuſtitia locum habeat, *intelliguntur ſecundum ius commune.* 153. & 154
Priuilegij verba illa, prout hactenus conſueuerunt procedere, *non ſtant cauſatiue, ſed conditionaliter.* 158. & 159
Priuilegiorum Sixti IIII. & Innocentij VIII. vigore, nulla conceditur laicis cauſæ cognitio. 154
Priuilegiorum tenor excludit immemorabilem, quam Senatus prætendit. 164. & 165.
Priuilegiorum Apoſtolicorum vigore vtuntur quædam Ciuitates Italiæ in emphiteoſi Eccleſiaſtica, quibus carent Veneti. 203

Priuilegium Sixti IIII. non ſuffragatur Senatui. 149. & 150

Priuilegium ſecundum Sixti IIII. nullam amplius quam primum Senatui tribuit iuriſdictionem. 150. & 151

Priuilegium datum in vno caſu, non extenditur ad alium. 151

Priuilegium Innocentij VIII. quid contineat. 152

Priuilegium Innocentij VIII. non ſuffragatur Senatui. 152. & 153

Priuilegium Innocentij VIII. nullam tribuit laicis iuriſdictionem iudicandi Clericos, ſed ſolum facultatem examinandi cum interuentu Iudicis Eccleſiaſtici. 153

Priuilegium in gratioſis, ſubreptitium in minimis, in toto vitiatur. 153

Priuilegium Alexandri VI. non prodeſt Venetis. 154. & 155

Priuilegium Clementis VII. cum certa qualitate conceſſum, ea non ſeruata, nullam tribuit iuriſdictionem. 155

Priuilegium Clementis VII. duo genera Clericorum excludit. 155. & 156

Priuilegium requirens publicationem, ea non facta, non eſt efficax. 156. 157

Priuilegium Pauli III. & eius tenor. 157. & 158

Priuilegium cum fuerit conceſſum à Paulo Papa III. propter immemorabilem narratam, ea non probata, non ſubſiſtit. 158

Priuilegium Pauli III. fundatum in narratiua immemorabilis, non ſubſiſtit. 158

Priuilegium Pauli III. non fuit conceſſum in derogationem priuilegij Clericalis, niſi quantum ad facultatem procedendi, cùm interuentu tamen Iudicis Eccleſiaſtici. 161. & 162

Priuilegium præſumptum deductum ex prætenſa immemorabili, non ſuffragatur Senatui. 163

Priuilegium & vſum priuilegij ſi ſufficeret allegare, omnis iniqua corruptela poſſet ſuſtineri. 176

Priuilegium fori Clericorum vide in verbo: Clerus.

Prout hactenus, *dictiones, ſunt relatiuæ & limitatiuæ prout reperitur in relato.* 159. & 160

Q

QVæſtiones dubiæ non poſſunt nec debent dirimi per alias quæſtiones æque vel magis dubias. 177

R

REges ſi moliantur, vel conſtituant aliquid in Fidei, aut bonorum morum præiudicium, corrigendi, & dirigendi ſunt ab Eccleſia. 13

Reges quamuis non dicantur ab Eccleſia habere Regna in feudum, ſubſunt tamen regimini Eccleſiæ. ibid.

Reges non habent à Deo immediate poteſtatem. 17

Reges quo ſenſu dicantur à Deo conſtituti. 18

Reges & gubernatores ſibi homines recta ratione moti conſtituerunt, vt ab illis defenderentur. 18. & 19

Reges Franciæ Chriſtianiſſimi ius amortizationis ſuſtulerunt. 70.& 71
Reges Sacerdotibus præfuiſſe non intelligitur reſpectu Iuriſdictionis. 131
Reges Hiſpaniæ neque pro atrociſſimis delictis Clericos iudicare prætendunt. 185
Regeſtum Nicolai Cardinalis ab Aragonia, multa illuſtria exempla recenſet poteſtatis coactiuæ Romanorum Pontificum contra Principes Eccleſiæ rebelles. 14
Regiminis boni prætextu, non poſſunt Principes ſæculares ferre leges ſuper materia Eccleſiarum ædificandarum. 91
Regis Ius quod explicuit Samuel lib.1. Regum cap. 8. non eſt legitimi Regis, ſed Tyrannice regnantis. 43.& 44
Regnum Chriſti Eccleſiæ commiſſum, non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia, & ſæcularia ſe extendit. 12.*in fin.*
Regula, quod quiſque Iuris, non procedit æqualiter reſpectu Papæ & Principum ſæcularium. 58.& 59
Regum munus eſt tueri & protegere Eccleſias, non earũ Iura vſurpare. 98
Robertus Cardinalis Bellarminus infideliter allegatus à Conſulẽte, exemptionem Clericorum affirmauit eſſe de Iure Diuino. 122.133.& 134
Romani Pontifices perpetuam Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſequuti, quoties oportuit, in Principes ſæculares temporalem Iuriſdictionem exercuerunt. 14
Romani Pontifices multi diffiniuerunt, vtramque poteſtatem fuiſſe à Chriſto traditam Petro & eius ſucceſſoribus. 15

S

Sacerdotium & Imperium à Deo ſunt, non tamen eodem modo. 19
Samuel lib.1. Regum cap.8. non tradidit Iura legitimi Regis, ſed tyrannice regnantis. 43.& 44
Senatus Venetus ſicut Catholicos decebat, acceptauit decreta Concilij Tridentini, & ea in ſuo dominio publicari & ſeruari iuſſit. 168.& 169
Signorolum de Homodeis loqui contra communem. 49
Simon lib. 1. Maccabeor. cap. 14. vt Princeps & magnus Sacerdos potuit præcipere laicis & Sacerdotibus. 83.& 84
Sixtus IIII. declarauit hæreticum eſſe dicere, Chriſtum non tradidiſſe Petro & eius ſucceſſoribus omnimodam poteſtatem. 15
Spiritualitati rerum annexarum iudicium nõ pertinet ad laicos. 79.& 80
Spiritualitati annexa, quæ dicantur. 80
Statuentes rebus non ſuis, non poſſunt imponere pacta ipſis bene viſa. 53
Statuentes eo ipſo, quo vetant laicis donare, vendere, vel legare Eccleſijs, Eccleſiæ prohibentur acquirere, quod eſt contra Eccleſiæ libertatẽ. 68.& 69
Statuere, quod per Magiſtratus ciuiles obſeruentur leges latæ à laicis ſuper rebus Eccleſiaſticis, grauiter violat Eccleſiæ libertatem. 41
Statuta valida condere, eſt actus Iuriſdictionis. 24
Statuta laicorum ſpecifice de Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis loquentia, communis opinio Doctorum affirmat eſſe inualida. 24

Statuta præiudicantia Eccleſiæ libertati, de hæretica prauitatis radice proueniunt. 41
Statuta Laicorum diſponentia de bonis Eccleſiæ non acquirendis, perinde repugnant Eccleſiaſticæ immunitati, ac diſponentia de bonis Eccleſiæ iam quæſitis. 55. & 56
Statuta laicorum non ideo ſuſtinentur, quia non contradicunt veteri, vel nouo teſtamento, ſi contradicant ſacris Canonibus. 63
Statuta fauore dotis, quæ eſt cauſa pia, non præiudicāt Eccleſiæ libertati. 69
Statuta Germaniæ relata ab Andrea Geil non ſubſiſtere. 72
Statuta laicorum ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, ob defectum poteſtatis non ſubſiſtunt. 188
Statuta decreto Veneto ſimilia inſignes Doctores reprobauerūt. 190. & 191
Statuti generalis diſpoſitio, non trahitur ad illa, quæ in ſpecie fieri non poſſunt. 27
Statutis ligari, & forum ſortiri, paria ſunt. 28. & 29
Statuto Ciuitatis non poteſt induci, vt aliquarum rerum venditio facta Clericis ſit nulla. 47
Statutum ne bona immobilia in Eccleſias & pia loca transferantur, eſt inualidum ex defectu Iuriſdictionis ſtatuentium. 23
Statutum laicorum faciens expreſſam mentionem de Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, eſt inualidum. 25
Statutum laicorum generaliter conceptum, non comprehendit Eccleſias, nec perſonas Eccleſiaſticas. 25. & 26
Statutum laicorum ſiue actiuum, ſiue paſſiuum, non includit Clericos. 27
Statutum ſeu decretum oppugnans Eccleſiaſticam libertatem, inualidum eſſe multis docetur. 29. & 30
Statutum laicorum vetans Eccleſiis acquirere rerum dominia, omni Iuri repugnat. 30. & 31
Statutum auferens Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, quæ competunt de Iure communi, eſt contra Eccleſiæ libertatem. 34
Statutum reddens Eccleſiaſticos timidiores, eſt contra Eccleſiæ libertatē. 36
Statutum laicorum prohibens Eccleſiaſticis acquiſitionem bonorum titulo venditionis aut alio, eſt contra Eccleſiæ libertatem. ibid.
Statutum auferens liberam adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, eſt contra eius immunitatem. 37
Statutum prohibens liberam diſpoſitionem ad fauorem piæ cauſæ, lædit Eccleſiæ immunitatem. 38
Statutum cogens Eccleſias ad dimittendum acquiſita infra certum tempus, eſt contra Eccleſiæ immunitatem. 39
Statutum obligans Eccleſiaſticos ad petendam licentiam, violat Eccleſiæ libertatem. 40
Statutum, vel lex niſi communi Ciuium vtilitati conſulat, non ſuſtinetur. 60. & 61
Statutum Senatus non poteſt defendi prætextu charitatis. 65

Digitized by Google

Statutum non poteſt defendi ſub velamine quod non prohibeat Clericis, ſed det formam laicis. 66

Statutum laicorum ſuper rebus Eccleſiaſticis, non ſuſtinetur ex eo quod verba dirigantur in laicos. 67.& 68

Statutum non ſuſtinetur quibuſcumque verbis conceptum, ſi eius effectus lædat Eccleſiæ libertatem. 68

Statutum Mediolani defenſum à Signorolo, reſpectu Eccleſiaſticorum non ſuſtinetur. 71

Statutum ne inconſulto Senatu Eccleſiæ ædificentur, eſt contra Eccleſiaſticam libertatem. 84

Statutum laicorum ne inconſulto Senatu Eccleſiæ ædificentur, eſt diminutiuum cultus Diuini. 85.& 86

Statutum laicorum arrogans ſibi Ius dandi licentiam ædificandi Eccleſias, eſt contaa Eccleſiaſticam immunitatem. 87

Statutum laicorum non ſuſtinetur ſub prætextu quod non diſponat de Eccleſiis ædificatis, ſed de ædificandis. 89

Statutum ne bona emphiteotica ad Eccleſias reuertantur, confutatur. 187. & ſeq.

Statutum vetans dominium vtile cum directo conſolidari, iniquum eſt. 188

Statutum auferens Eccleſiis, quæ de iure communi competunt, eſt contra Eccleſiæ libertatem. 191

Statutum vetans reuerſionem rerum ad Eccleſiam, eſt contra ſacros Canones relatos. 191.& ſeqq.

Statutum prohibens reuerſionem bonorum emphiteoticorum ad Eccleſias, expreſſe damnatur à ſacris Concilijs. 193.& 194

Statutum vetans reuerſionem bonorum emphiteoticorum ad Eccleſias, eſt etiam Iuri Ciuili contrarium. 194

Statutum vetans reuerſionem bonorum emphiteoticorum ad Eccleſias, non poteſt ſuſtineri ex eo quod ſolum diſponat de dominio vtili. 194.& 195

Statutum Venetum licet verbis non exprimat emphiteoſim, re tamen comprehendit. 204

T

Temporum mutatio ſeu varietas non tribuit poteſtatem Iudicibus ſæcularibus condendi leges ſuper rebus Eccleſiaſticis. 63

Territorium Principis ſæcularis non excludit Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſuper eodem territorio. 96.& 97

Teſtamentaria diſpoſitio non præſtat idoneum argumentum ad diſpoſitionem ſtatutariam. 55

Theologi pro Decretis Venetis allegati affirmant poſſe Papam deponere & priuare Reges, & nouos Principes creare, & inter eos de rebus temporalibus iudicare, & leges eorum infirmare, ſi finis ſupernaturalis exigat. 13

Theologi etiam graues affirmant priuilegium fori Clericorum eſſe de Iure Diuino. 121.& 122

Tibe-

Tiberius Decianus errat conſil.82.lib.2.vbi à principio iudicium clerici aſſaſſini tribuit Iudici ſæculari. 147

Tributi ſolutio qualiter arguat ſubiectionem. 131.& 132

Tributum ex eo quod Chriſtus Dominus ſolui iuſſit, non infertur Clericos Iudicibus ſæcularibus eſſe ſubiectos. 125

V

Varietas temporum non tribuit poteſtatem Iudicibus ſæcularibus condendi leges ſuper rebus Eccleſiaſticis. 63

Veneta Reſpublica ſæpe agnouit Romani Pontificis poteſtatem ſuper temporalibus. 15.& 16

Venetæ Reipublicæ poteſtas non eſt immediate à Deo. 20

Venetæ Reipublicæ libertas ab Imperatore. 186

Veneti non poſſunt condere ſtatuta ſuper rebus Eccleſiaſticis. 32

Venetus Senatus vtriuſque poteſtatis ſpiritualis & ſæcularis Romanæ Eccleſiæ ſæpe ſenſit aculeos. 16

Venetus Senatus à Sede Apoſtolica petiuit, & obtinuit Ius inſtituendi, & eligendi Ducem. ibid.

Venetus Senatus monitus à Pio II. ordinationes & decreta ſua Eccleſiaſticæ libertati repugnantia, reuocauit. ibid.

Vtilitas publica in lege vel ſtatuto, vt ſint licita debet reſpicere omnium Ciuium commodum. 60.& 61

Vtilitas publica licet interueniret, non liceret laicis ſuper rebus Eccleſiaſticis ſine conſenſu Papæ ſtatuta condere. 61

Vtilitati publicæ licet ſit conſulendum, intelligitur modo debito. ibid.

Vtilitatis publicæ prætextu non poſſunt Principes ſæculares condere leges ſuper Eccleſiis, & earum bonis. 59.& 60

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 25	linea 17	deſertis	diſertis
26	4	eos	eas
28	15	Antonius	Antoninus
29	8	*à fine* grauen	grauem
49	11	reprobatam	reprobatum
54	2	*à fine*, fieret	fierent
72	9	*à fine*, præiudicalibus	præiudicialibus
85	12	*à fine*, prohiberur	prohibetur
87	16	Eccleſiæ	Eccleſia
111	9	concludentur	concludenter
126	*in 3.poſtilla in fine*,	Imperatore	imperare
134	15	ſicut	ſicut
170	6	nu.verſ 4.	nu.4. verſ.nec hoc caſu
186	3	oſeruaſſe	obſeruaſſe

Digitized by Google

SACRI PALATII
APOSTOLICI
AVDITORII
Aſſertio
ECCLESIASTICAE LIBERTATIS aduerſus eius impugnatores.

PRODIERVNT nuper tria Iuriſconſultorum reſponſa: Marci Antonij Peregrini Patauini: Marci Antonij Othelij Vtinenſis: & Ioachini Schayni Salodienſis, in Gymnaſio Patauino in Iure profeſſorum, reddita pro decretis Principis Veneti:

De non alienandis bonis immobilibus in perſonas Eccleſiaſticas:

De non erigendis de nouo Monaſterijs, Cœtibus, & reductibus virorum, & mulierum, & de non ædificandis de nouo Eccleſijs abſque licentia ſereniſſimi Principis:

De iudicandis, & puniendis Clericis pro criminibus grauibus, & atrocibus: Cum ſubſcriptione Iuriſconſultorum ciuitatis Paduæ. Impreſſa Venetijs anno 1606. apud Euangeliſtam Deuchinum.

Quæ Diuino implorato præſidio, eo nomine, viſum fuit huic ſacri palatij Auditorio confutare, ne veritas in re grauiſſima occultaretur, & ſub eius ſpecie, errores in Rempub. Chriſtianam ſeſe inſinuantes, loco veritatis haberentur, aut crederentur.

Et inſiſtendo eidem ordini quem Conſulentes tenuerunt, in primis breuiter egimus de falſis quibuſdam eorum præſuppoſitis, mox de decretis acturi.

Dum ergo initio Reſponſi ſui Peregrinus quaſi pro certo

Digitized by Google

conſtituit poteſtatem clauium traditam à Chriſto beato Petro,& Petri ſucceſſoribus,de qua Matthæus cap. 16. & Ioannes cap.vltimo.referri ad ſpiritualia,non ad temporalia:quorum poteſtas tributa,(inquit) erat Regali poteſtati, grauiter errat, & licet Iuriſperitus contra Iura & communem Doctorum ſententiam, quam ignorare non præſumitur, immo & contra ſe ipſum, & contra Diuina teſtimonia, & Doctores à ſe pro ſua opinatione allegatos, loquitur, vt paulo poſt demonſtrabitur.

Sacri Canones probantes duplicem Romani Pontificis poteſtatem ſpiritualem & ſæcularem.

Iura enim ſunt clara in cap. omnes. 22.diſtinct. ibi: *Beato æterna vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis Imperij Iura commiſit*. & in cap. auctoritatem. 15. quæſt.6.ibi: *vt ſpirituali ſimul, & materiali gladio malignos illos,eorumque fautores inſequantur*. & in epiſtola Gregorij Papæ IX.ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum,quæ incipit:*Cum iuxta teſtimonium veritatis*. & in Conſtitutione Bonifacij Papæ VIII. incip. *Vnam ſanctam*. cuius ſenſum non potuit inuertere Ioannes Monachus, vt ex Bellamera notauit Dominicus Cardinalis Iacobatius tract. de Concilio. lib. 10. artic. 8. verſ. *Sed quod Eccleſia*. vbi docuit Clementem Papam V. ei non derogaſſe per Conſtitutionem cuius initium eſt, *meruit*. tit. de priuileg. & in Conſtitutione Ioannis Papæ XXII. quæ incip. *Licet iuxta doctrinam*. contra Marſiliũ de Padua,& Ioannem de Ianduno, quorũ erroribus inuoluuntur, qui damnatam iſtam opinionem profitentur.

Theologi etiã ſancti eamdem ſententiã profitentes.

Doctores etiam & ſanctitate, & litteris præclari de omni ſchola Catholica Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum eandem veritatem agnouerunt, & communi conſenſu approbauerunt.

Sanctus Bernardus lib.4.de conſideratione ad Eugenium. cap.4. ibi: *Quem tamen qui tuum negat,non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: conuerte gladium tuum in vaginam. tuus ergo & ipſe: tuo forſitan nutu,& ſi non tua manu euaginandus*.

Sanctus Thomas lib.1.de regimine Principum. cap. 14. & lib.2.ſenten.diſtinct.44. in vltimis verbis, ibi: *Niſi forte poteſtati ſpirituali etiam ſæcularis poteſtas coniungatur, ſicut in Papa,qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet,videlicet ſpiritualis, & ſæcularis*.

Sanctus Bonauentura lib.4. ſententiar.diſtinct.37.in expoſitione textus. dubio 4.

San-

Sanctus Antoninus par.3.tit.22.cap.3.§.7.qui eſt de poteſtate iuriſdictionis tẽporalis & ſpiritualis,quæ eſt inEccleſia.
Beatus Ioannes de Capiſtrano tract. de auctorit.Papæ par. 3. ſecundæ partis principalis.
Petrus de Palude Patriarcha Hieroſolymitanus tract. de cauſa immediata Eccleſiaſticæ poteſtat.art.4. concluſ.1.
Aegidius Cardinalis Columna tract.de Eccleſiaſt.poteſtat. par.1.cap.6.& 7.& 8.
Durandus Epiſcopus Meldenſis tract. de iuriſdictione Eccleſiaſt. quæſt.3.
Ioannes Bacconus Carmelita lib.4.ſent.in prologo.q.11.
Henricus de Gandauo Theologus antiquus magnæ auctoritatis,Quodlibet.6.quæſt.23.
Ioannes Cardinalis de Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib.2.cap.113. & 114. & 115.
Franciſcus de Mayronis lib.4.ſententiar.diſtin.19.quæſt.4. incip. *Quarto quæritur: vtrum Summus Pontifex.*
Auguſtinus de Ancona in ſumma de poteſtat. Eccleſiaſt. quæſt.1.art.8.& 9.& quæſt.36. & 39.cum quo ſentiunt quatuor infraſcripti Doctores ex eodem ordine S. Auguſtini.
Iacobus Viterbienſis in libro de regimine Chriſtiano,quod ſuperioribus ſæculis Bonifacio Papæ VIII. nuncupauit.
Alexander de S. Elpidio in libello de auctoritate ſummi Pontificis, & iuriſdictione Imperij.
Gulielmus de Cremona tract. incip. *Reprobatio errorum ſequentium.*
Auguſtinus Fauaronius Romanus Archiepiſcopus Nazarenus in lib. de Principatu & poteſtate Papæ,quam Chriſtus reliquit Petro & ſucceſſoribus ſuis.
Cyprianus Benetus Aragonenſis tract. de prima orbis Sede, & Eccleſiaſtica poteſtate, præſertim concl. 1. corollario 1. ad Iulium II. licet impreſſus fuerit tempore Leonis X.
Albertus Pighius Campenſis lib.5.de Hierarchia Eccleſiaſtica. cap.2. & ſeq. & cap.14. & 16.
Nicolaus Sanderus lib. 2. de viſibili Monarchia Eccleſiæ, & alij.

Canoniſtarum communis ſententia de duplici Romani Pontificis gladio.

De ſchola Canoniſtarum ingens quoque eſt numerus, illuſtriores tamen ſolum recenſere placuit, & à vetuſtioribus

exordiendo eandem ſententiam affirmauit.

Tancredus in cap. nouit. de Iudic.

Alanus in cap.cauſam quæ. Qui filij ſint legit.

Innocentius in cap.licet ex ſuſcepto. de foro competen.

Hugutio in cap. omnes.22. diſtinct.

Bernardus in cap.nouit. de Iudic. Idē in cap.cauſam quæ. Qui filij ſint legit.Idem Bernardus in dicto cap.licet ex ſuſcepto. de foro competen. & in cap.vergentis. de hæret.

Ioannes Andr.in Clemen.ad noſtrum.de hæret.

Ioannes de Lignano in tract. de Monarchia. quem refert, & ſequitur Aegidius Bellamera in cap. ſolitæ. nu. 10. de maiorit. & obedien.

Idem Aegidius Cardinalis Bellamera in cap.ſolitæ.nu.10. de maior.& obedient.vbi nu.9.dixit hodie diffinitū,& declaratum eſſe, omni humanæ creaturæ eſſe de neceſſitate ſalutis,quod ſubſit Romano Pontifici. Et latiſſime conſ. 59. vol. 2. in manuſcript.

Hoſtienſis in dicto cap.licet ex ſuſcepto.nu.9.de foro compet.Idem in ſumma tit.Qui filij ſint legit.§.qualiter & à quo. verſ. *Cum igitur perſona*.

Archidiaconus in cap.quoniam.nu.3.& 4.diſt.10.

Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de origine iuriſdictionum,quæſt.2.& 3.

Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap. venerabilem. §.1. nu.8. de electiòn. vbi de communi.

Antonius de Butrio in cap. nouit. de Iudic. nu.72. vbi de communi.

Panormitanus in cap.nouit.nu.13.de Iudic. Idem in cap.ſi duobus. nu.5.de appellat.

Ioannes de Imola in dicto cap.nouit.nu.19.vbi de cōmuni.

Ancharanus in repetitione cap.Canonum ſtatuta.nu.6.de Conſtitut.

Felinus in dicto cap.nouit.nu.3.de Iudic.

Decius in dicto cap.nouit.nu.63.

Præpoſitus in cap. quoniam. nu.8.diſtin.10. vbi de magis communi. Idem in cap.cum ad verum.nu.2.diſtin.96.

Marianus Socinus in dicto cap. licet ex ſuſcepto. notab. 1. nu.1.de foro competen.vbi de communi.

Domi-

Dominicus Cardinalis Iacobatius tract. de Concilio. lib. 10. artic. 8.

Nicolaus de Milis Rotæ Auditor in Repertorio aureo, in verbo, *Iuriſdictio*. §. Iuriſdictionis prorogatio. Idem in verbo, *Papa*. §. Papa non ſolum.

Petrus de Monte Venetus Epiſcopus Brixienſis in Monarchia quæſt. 7.

Durandus Epiſcopus Mimatenſis, vulgo Speculator, tit. de legato. §. nunc oſtendendum. nu. 50. verſ. *octuageſimo octauo.*

Aluarus Pelagius lib. 1. de Planctu Eccleſiæ. cap. 37.

Rodulphus Cupers tract. de ſacroſancta vniuerſali Eccleſia, ſiue in Commentarijs ad cap. oportebat. 70. diſtin. circa finem, artic. 7. cuius titulus eſt: *Eccleſia Romana vniuerſalis habet Senatum*. & art. 8. cuius titulus eſt: *Iuriſdictionem ſacerdotibus competere quomodo intelligatur.*

Et Couarruuias ſuper regula. peccatum. par. 2. §. 9. nu. 7. & Martinus Nauarrus in cap. nouit. de Iudic. notab. 3. hanc ſententiam de duplici Pontificis gladio confeſſi fuerunt communi calculo receptam.

Annibal de Graſſis Epiſcopus Fauentinus tract. de iuriſdictione vniuerſali ſummi Pontificis in temporalibus.

Ioannes Quintinus Hæduus Ordinarius Lutetiæ Iuris profeſſor in repetit. cap. nouit. de Iudic. nu. 107. ſiue de Chriſtianæ Ciuitatis Ariſtocratia. tit. de feudis, & temporali Eccleſiæ Iuriſdictione.

Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconẽſis quondam Rotæ Auditor, in Epitome Iuris Pontificij. lib. 1. tit. 16.

Michael de Aninyon tract. de Vnitate Ouilis, & Paſtoris. cap. 23.

Denique Rota, hanc ſententiam de duplici Pontificis gladio fuit ſemper amplexa deciſ. 1. tit. Qui filij ſint legit. in nou. Et deciſ. 10. de conſuetud. in antiq. incip. *Vtrum valeat conſuetudo Anglicana*. nu. 4. verſ. *Nec obſtat*, ibi: *in quem omne imperium fuit tranſmiſſum, & in temporalibus, & in ſpiritualibus.*

Canoniſtarum ſententiæ ſubſcripſerunt inſignes aliquot antiqui, & recentiores Legiſtæ.

Cum Theologis & Canoniſtis ſentiunt etiam Legiſtæ.

Ioannes Faber, in l. 1. nu. 10. C. de ſumma Trin. & fide Cath.

Petrus Iacobus in practica. tit. de ſucceſſione Regni Franciæ,

ciæ, fol.77. pag. 2. col.4. in principio verſ. *Ad tertium dico*: Secundum antiquiorem impreſſionem: Vel fol. 120.col.1.in fine, iuxta impreſſionem Lugdunen.ann.1535.

Bartolus, in l. 1. §. Præſides.nu.3.& 4.ff.de requirendis reis. Idem in Extrauag. Ad reprimendum. in princ. ſuper verbo. *totius Orbis*.

Oldradus conſil. 69.incip. *conſueuit dubitari*.

Angelus Aretinus, in.§.Sacræ res. Inſtitut. de rerum diuiſ. nu. 1. verſ. *Vnde dicunt*. Vbi addit ex ſententia Eccleſiaſticorum, quod quilibet Chriſtianus debet tenere hanc opinionē.

Paulus de Caſtro in l. non ambigitur, nu. 6.ff. de legib.

Alexander de Imola, conſil. 24. incip. *Ponderatis*. nu. 23.& 24. lib. 5.

Franciſcus Aretinus, conſil.58. incip. *Diligenter conſideratis*, num.3.

Reſtaurus Caſtaldus, tract. de Imperatore, quæſt. 5. & quæſt.50.

Ferdinandus Vaſquius lib. 1. Controuerſiarum Illuſtriū cap.20.& 21.

Carolus Degraſſalio lib. 1. de Iuribus altis Regum Franciæ. Iure.6.vbi confitetur Imperium ſubeſſe Papæ.

Iacobus Aluarottus Patauinus, in cap. 1. nu. 6.tit.Quis dicatur Dux, vel Marchio. in vſibus Feudorum,vbi addit hanc eſſe determinationem Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Antonius de Roſellis, tract. de poteſtate Imperatoris, & Papæ fol. 4. §.hæc ſunt. qui licet pertinaciter Iuriſdictionem Papæ ſuper temporalibus oppugnauerit,communem tamen opinionem Theologorum, & Canoniſtarum eſſe confitetur, Petrum eiuſque ſucceſſores habere Iuriſdictionem ſuper temporalibus.

Catholici quoque Imperatores eam ſæpe agnouerunt, in quibus eſt Federicus,qui ſoli Deo, & Romano Pontifici debere fidelitatem profitetur, vt conſtat ex lege feudali,quam refert Iacobus Cuiacius, lib.4.de feudis, cap.100.in hæc verba: *Ex facto incidiſſe ſcio Federicum principem noſtrum cum ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro Ducatu, petenti domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere, cum omne hominum genus*

ſibi

ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo, & Romano Pontifici. Hæc ibi.

Quod autem contra ſe etiam loquatur idem hic Marcus Antonius Peregrinus, apertiſſime conſtat ex eius lib. 1. de Iure Fiſci. tit. 2. vbi alio tempore pro hac veritate ſenſit, & contrariam opinionem tamquam aduerſantem communi ſcriptorum intentioni reprehendens, infraſcriptas propoſitiones aſſeruit. Conſulens loquitur etiam contra propriã ſententiam.

Primam: ſuperioritatem Papæ ſupra omnes gentes, & Principes verſari nędum in ſpiritualibus, & inde dependentibus, ſed etiam in temporalibus: Quia Papa vtrumque gladium tenet.

Alteram: quod habens cauſam cùm non recognoſcente ſuperiorem, poteſt illum directe cõuenire coram Papa tamquam eius ſuperiore, ratione illius ſupremæ poteſtatis.

Tertiam: exemptos à poteſtate ſæculari Imperatoris ſubeſſe Papæ ne ſint acephali, quod nec natura, nec ius patitur.

Quartam: aduerſus ſuperioritatem Papæ neminem præſcribere, licet aduerſus ſuperioritatem Imperatoris præſcribatur.

Quintam: poſt Chriſti aduentũ Imperia, & Regna fuiſſe Chriſti, & nunc ab eius Vicario pendere.

Demum idem Conſulens ad eundem errorem probãdum falſo allegat auctoritates, & Doctores: & primum adulterina interpretatione reſtringit dictum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, apud Matthæum, cap. 16. dicentis Petro: *Et tibi dabo claues regni Cælorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis:* Et apud Ioannem cap. vltimo. vbi promiſſionem adimplens dixit eidem Petro: *Paſce agnos meos, paſce oues meas.* Quoniam per iſta verba, & promiſſa & data fuit beato Petro generalis poteſtas, & iuriſdictio non reſtricta ſolum ad ſpiritualia, vt præter Doctores catholicos in terminis de hoc articulo differentes, & eundem errorem condemnantes, declarauerunt duo Romani Pontifices, Bonifacius Papa VIII. in prædicta Conſtitutione quæ incipit: *Vnam Sanctam*. Et Ioannes XXII. in Conſtitutione, incipien. *Licet iuxta doctrinam Apoſtoli*. Et merito nam verbum illud, *quodcunque*, vt præ alijs obſer- Idem Conſulens falſo allegat Doctores.

Digitized by Google

obſeruat Ioannes Bacconus Carmelita, lib. 4. ſentent. in Prologo quæſt. 11. art. 4. Signum eſt vniuerſale diſtributiuum, oſtendens Chriſtum Dominum non ſolum dediſſe Petro poteſtatem ſuper animas, ſed etiam ſuper perſonas, & res. Et Ioannes Cardinalis Turrecremata in cap. quodcunque 24. quæſt. 1. illud idem verbum, *quodcunque*, declarando, dicit generaliter loqui nihil excipiendo, quoniam poteſtas Petri extenditur ad omnem populum ſecundum omnem differentiam conditionis: ordinis: & ſtatus: loci: & temporis: additque ex ſancto Chryſoſtomo Petrum à filio Dei accipiſſe poteſtatem ſuper omne quod filij eſt. Turrecrematæ conſentiunt Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de origine Iuriſdictionum quæſt. 4. num. 4. & 5. & 6. Et Oſtienſis in ſumma tit. Qui filij ſint legit. §. qualiter, & à quo. verſ. *Ergo quoad maioritatem*. & Decius in cap. licet de vitandâ. nu: 3. & 4. de election. & Ioannes Baptiſta Ferrettus Vicentinus in repetit. cap. Canonum ſtatuta. de conſtitut. nu. 6. & 7. vbi affirmat totam ſcholam Canoniſtarum cũ Innocentio in cap. Quanto. de conſuetud. illa verba, *quodcunque ligaueris*, exponere, videlicet, per Conſtitutiones & decreta: quia per illa verba Petrus Iure Diuino accepit iuriſdictionem, & poteſtatem leges & decreta condendi, quæ etiam ligent animas contrauenientium ad peccatum mortale.

Secundo allegat ſanctum Bernardum in libro de Conſideratione ad Eugenium: & licet non indicetur locus, ille habetur, lib. 1. cap. 5. vbi vir ſanctus contrarium prorſus affirmat: nam eius ibi inſtitutum eſt, teſtimonio diuini Pauli, 1. Corint. 6. docere non debere Prælatos Eccleſiæ in rebus Iudiciarijs atque terrenis occupari, cùm Chriſtus, & Apoſtoli terrenis Iudicijs parum inſtiterint: Sed non negat quin excurrendum ſit aliquando Romano Pontifici in negotia ſæcularia: verba ſancti Bernardi ſic habent: *Denique vbi neceſſitas exigit, audi quid cenſeat, non ego ſed Apoſtolus: Si enim in vobis iudicabitur hic mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis. Sed aliud eſt incidenter excurrere in iſta, cauſa quidem vrgente: aliud vltro incumbere iſtis, tanquam magnis dignisque tali, & talium intentione rebus*. Hæc S. Bernardus, qui ſententiam ſuam magis expreſſe declarauit in Epiſtola. 256. quæ incipit: *Non eſt leue*

verbum:

verbum: ad eundem Dominum Papam Eugenium, in qua illum hortatur, vt vtrumque exereret gladium.

Tertio adducit auctoritatem Ioannis Cardinalis de Turrecremata in Summa de Eccleſia, lib. 2. cap. 113. propoſitione, 2. Sed immerito, quia Turrecremata ibi non negat Papæ Iuriſdictionem in temporalibus, ſed potius eam affirmat, licet dicat Romanum Pontificem non dici ſic principatum, ſiue Iuriſdictionem plenariam in temporalibus in toto Orbe Chriſtiano habere, vt nomen Regis, aut Imperatoris Orbis, poſſit ſibi vere in temporalibus vſurpare. cap. cũ ad verum. 96. diſtinct. quod neque Romani quidem Pontifices prætendunt. Quod verò Turrecremata affirmatiuam ſententiam profiteatur, apertiſſime conſtat ex eodem lib. 2. cap. 114.

Quarto citat Baldum, in l. 2. nu. 23. C. de ſeruit. in alijs libris id habetur nu. 28. & verba Baldi ſic habent: *Et nota quod Papa habet plenitudinem poteſtatis in Iuriſdictione ſpirituali, non in temporali ſecundum Innocentium.* Hæc Baldus. cuius verba ſanum ſenſum recipiunt, vt non negetur Papæ Iuriſdictio in temporalibus, ſed ſolum quædam diſſimilitudo ſignificetur: Nam Papa in vniuerſo Orbe pleniori, & diſſimili modo vtitur poteſtate ſuper ſpiritualibus, ac ſuper temporalibus.

Rurſus dicimus Baldum citando Innocentium ſatis ſe declarare, cum Innocentius Papæ Iuriſdictionem ſuper temporalibus ſæpe confiteatur, & ſignãter in cap. licet ex ſuſcepto. de foro competen. vbi numerauit multos caſus, in quibus Iudices Eccleſiaſtici Iuriſdictionem ſuper temporalibus poſſunt exercere.

Præterea ex alijs locis Baldi huius loci obſcurioris interpretatio ſumenda eſt, & omiſſis alijs, Baldus in l. ſi Imperialis. C. de legib. nu. 4. verſ. *vlterius nota.* Licet more ſuo Imperium exaltando, dicat nihil eſſe maius, aut ſanctius Imperio, protinus addit hæc verba: *Intellige niſi Apoſtolatus beati Petri: cum enim Apoſtolicus confirmet Principem, iſtud eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis, vt in Authentico de defenſoribus Ciuitatum* §. *interim. & ideo Imperator iurat Domino Papæ fidelitatem. cap. venerabilem. de elect. & in Clemen. 1. de iureiur.* Hæc Baldus.

Poſtremo obſeruauimus in quibuſdam Baldi lecturis etiã

 Vene-

Venetijs impreſſis anno M. D. LXXXVI. antequam huius controuerſiæ eſſet ſuſpicio vel cogitatio, ſic ſcriptam, & typis impreſſam reperiri eam Baldi auctoritatem: *Et nota quod Papa habet plenitudinem poteſtatis in Iuriſdictione ſpirituali, non in temporali, ſecundum Innocentium, licet male vt alibi dixi.*

Quinto Conſulens allegat Alciatum, in l. placet, C. de ſacroſan. Eccleſ. vnde non poteſt colligi aliquid quod ſibi faueat, immo vero contrarium: nam cum ibi tractaret Alciatus quæſtionem, An ſolus Papa poſſit expedire ardua negotia ſine conſenſu Cardinalium, ſubdit hæc verba: *Quod ſi aliqua competāt Pontifici non in rebus Eccleſiæ, ſed propter eius auctoritatem, ea tametſi ardua per eum ſolum poterunt explicari: vt eſt creare Cardinalem, & ex neceſſaria cauſa exauctorare Principem ſæcularem.* Hactenus Alciatus.

Sexto adducit Alexandrum III. & Innocentium III. qui profitentur ſe non habere ſuperioritatem in temporalibus non ſubditis temporaliter Apoſtolicæ Sedi. cap. nouit. de Iudic. cap. per venerabilem. & cap. cauſam quæ. Qui filij ſint legit. & cap. ſi duobus. §. 1. de appellat. Sed diſcurrendo per ſingula breuiter & facile demonſtratur, ea eſſe contra Conſulentem.

Nam textus in cap. nouit. de Iudic. affirmatiuam ſententiam Canoniſtarum & Theologorum probat, cum inde deducatur poſſe Iudicem Eccleſiaſticum ex cauſa procedere contra laicum, & gloſ. ibi in verbo: *Iuriſdictionem noſtram*. inde colligit Papam habere vtrunque gladium: & merito quia Papa ibi non dixit ſe non poſſe, vel non debere perturbare, vel minuere iuriſdictionem Regis, ſed ſolum dixit ſe non intendere dictam Regis iuriſdictionem perturbare: cum vero de Rege loquitur, dixit: Regem nec velle, nec debere iuriſdictionem Pontificis impedire. denotando ibi in Pontifice non defectum poteſtatis, ſed voluntatis quoad impediendam iuriſdictionem Regis: in Rege vero defectum poteſtatis, quoad impediendam iuriſdictionem Pontificis. Vnde amplius infertur, Innocentium ſic loquendo ſignificaſſe, ſe poſſe, ſi vellet, iuriſdictione temporali vti.

Secundo, Innocentius per illa verba: *non intendimus perturbare iuriſdictionem Regis*: non negauit ſuam iuriſdictionem ſuper

per temporalibus,ſed ordinem potius in procedendo contra Regem iuxta doctrinam Euangelicam, voluit indicare: vt prius admoneret atque corrigeret, tum vero poſtea ſi correctionē contemneret, temporaliter procederet contra ipſum: quem ſenſum ſubſequentia verba aperte ſignificant, illa videlicet: *Nullus qui ſit ſanæ mentis ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianum: etſi correctionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticam coercere.* Hæc ibi. quibus verbis ſignificantiſſime exprimitur iuriſdictio Papæ coactiua ſuper temporalibus,quam vno poſtea ſæculo apertius contra Marſilium de Padua, & Ioannem de Ianduno Ioannes XXII. declarauit, & diffiniuit per Conſtitutionem quæ incipit: *Licet iuxta doctrinam Apoſtoli.*

Textus in cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit. eandem prorſus affirmatiuam ſententiā probat de duplici Pontificis Romani iuriſdictione multis locis, ſed præcipue in S. rationibus. ibi; *Non ſolum in Eccleſiæ patrimonio (ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatem) verum etiam in alijs regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus.* Hæc ibi. Ex quibus verbis ibi gloſ.in verbo: *certis cauſis.* & Canoniſtæ duplicem agnoſcunt in Papa poteſtatem.

Textus in cap. cauſam quæ. il 2. Qui filij ſint legit. qui eſt Alexandri III. minus probat inſtitutum Conſulentis,quia licet de cauſa Ciuili inter laicos regulariter non cognoſcat Eccleſia,cognoſcit tamen cum ſe offert occaſio, & gloſſa ſimiliter ibi in verbo, *ad Regem:* deducit Papam habere vtrumque gladium, & eſſe Imperatore ſuperiorem, quia Imperatorem confirmat, & conſecrat, & coronat, & eum deponit.cap.venerabilem.de elect.& cap.alius.15.quæſt.6.quod credit eſſe verius.

Textus in cap. ſi duobus. de appellat. minus fauet Conſulenti: quia tametſi verum ſit à Iudicibus Ciuilibus, qui non ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ,non appellari ad Papam,& ibi dicat Alexander III. de conſuetudine Eccleſiæ appellationem tenere, licet ſecundum Iuris rigorē non teneat: id fit non quia Papa careat temporali iuriſdictione, ſed quia non decet,vt ſingula audiat,atque diſcutiat, & propterea ibi Hoſtienſis in fine,& communiter Canoniſtæ remittunt ſe ad

notata in cap. licet ex ſuſcepto. de foro competen. vbi numerantur grauiores quidam caſus, in quibus merito Iudices Eccleſiaſtici, & in primis Romanus Pontifex, ſæcularem poſſunt, & debent exercere iuriſdictionem.

Initio fundatæ Eccleſiæ Catholicæ quomodo vtraque iuriſdictio fuerit Papæ tributa.

Pro maiore autem declaratione prædictorum, & ad omnem dubitationem de mentibus errantium tollendũ, quomodo à fundatione Eccleſiæ hæc acta fuerint, breuiter oſtendere oportet ex Petro Cardinale Bertrando tract. de origine iuriſdictionum quæſt. 3. nu. 38. & ex Durando Epiſcopo Meldenſi tract. de iuriſdict. Eccleſ. quæſt. 3. qui ceteris accuratius hæc conſideraſſe, & examinaſſe videntur: Expleto noſtræ ſalutis ſacramento per mortem Chriſti, & eius reſurrectionẽ, Chriſtus beato Petro commiſit regimen Eccleſiæ, cum tanta poteſtate, quanta neceſſaria erat & expediebat ad regimen totius Eccleſiæ: & quoniam vtraque poteſtas ſpiritualis, & temporalis ad hoc eſt neceſſaria: ideo vtramque poteſtatem contulit Petro, vt conſtat ex prædictis, & ex multis alijs, quæ ad hoc propoſitũ recenſent Doctores Catholici præſertim contra nouatores. Vtriuſque vero iuriſdictionis terminos à fundatione Eccleſiæ prædicti Doctores ſic procedere dixerunt, vt Sacerdotium præeſſet Diuinis, & ſpiritualibus quantum eſt de prima, & principali intentione ſacerdotij: Sed quia diuina, & ſpiritualia perturbantur, & quandoque impediuntur per abuſum hominum circa temporalia, ideo ad ſacerdotium ſecundario, & ex conſequenti pertinet impedimenta, & perturbationes tollere, & impeditores, ac perturbatores ferire gladio ſpirituali, quia iuriſdictio temporalis nullo modo ſe extendit ad ſpiritualia, de quibus nihil nouit. Iuriſdictio vero ſpiritualis extendit ſe ad actiones hominum circa temporalia, quæ ordinantur ad ſpiritualia tanquam ad finem, quatenus abuſus hominum circa ea poteſt impedire finem. Et inde fit, vt præcitato loco ſcribit idem Durandus quæſt. 3. circa finem. verſ. *inde eſt*, vt Regnum Chriſti Eccleſiæ commiſſum non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia ſe extendat, cap. omnes. 22. diſtin. Et quamuis Romanus Pontifex vigore iſtius Iuriſdictionis ſuper temporalibus, non habeat confirmare quemlibet Regem qui conſenſu Populi à principio regnum ſumpſit, vt in-

quit

quit Petrus de Palude Patriarcha Hieroſolymitanus,tract.de cauſa immediat. Eccleſiaſticæ poteſtat. artic. 4. concluſ. 1. verſ. *Quando autem ſuperior*. Neque Chriſtiani Principes, ſeu Reges dicantur ab Eccleſia tenere terras ſuas, ſeu Regna in feudum, vt dicit Durandus præcitato loco quæſt. 3. in fine. ambo tamen ibidem affirmāt regimen Regum, & quorumcunque Principum Chriſtianorum ſubeſſe regimini Eccleſiæ, in tantum quod ſi cedat in ſubuerſionem fidei, aut bonorum morum, correctio, & directio ipſo Iure pertineat ad Eccleſiam: vnde & propter hæreſim, aut ſchiſma, aut aliud crimen intolerabile in populo, vel etiam propter inſufficiētiam, ſi Regnum fidelium periclitaretur, poteſt Eccleſia procedere contra Principes inobedientes, eoſque excōmunicare, & tamquam ſchiſmaticos propter contumaciam deponere, & ſubditos eorum à ſubiectione abſoluere, & à debito fidelitatis liberare. Quod etiam communiter affirmauerunt Canoniſtæ, & ſignanter gloſſa in cap. vergentis. in verbo. *præcipimus*. de hæret. quam ſententiam Theologi quoque, quos pro Venetis allegant Conſulentes, profitentur videlicet Dominicus Sotus, lib. 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 1. concluſ. 5. & Ludouicus Molina de Iuſtitia. tom. 1. tract. 2. Diſputat. 29. concluſ. 3. & Franciſcus de Victoria, ſiue auctor Relectionum, quæ Victoriæ nomine circumferuntur, Relectione. 1. de poteſtate Eccleſiæ. ſect. 6. nu. 12. propoſitione. 8. Iſti enim conformiter affirmant, quod ſi finis ſupernaturalis id exigat, poteſt deponere Reges, & eos Regnis ſuis priuare, & nouos Principes facere, & Imperia diuidere, & inter eos de rebus temporalibus iudicare, & leges eorum infirmare. quod etiam voluit Iacobus Simancas de inſtit. cathol. tit. 45. de Papa. nu. 25. Et ratio eſt, quam præcitato loco recenſet Franciſcus de Victoria, & cautior ipſo Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de Origine Iuriſdictionū quæſt. 4. num. 6. quia Chriſtus omnium Dominus non ſatis prouidiſſet, & cauiſſet bono Eccleſiæ regimini, ſi non reliquiſſet poſt ſe vnicum talem Vicarium, qui iſta omnia poſſet, vt Eccleſiæ ſalus eſſet in tuto, & omnia fœliciter ſublatis impedimentis, & perturbationibus ad finem ſupernaturalem dirigerentur. Vnde ab initio naſcentis Eccleſiæ perpetuo

vſu,

Digitized by Google

vſu, & conſuetudine receptum fuit, vt vtramque iſtam Iuriſdictionem Romani Pontifices cum neceſſarium, vel oportunum fuit, in mundi Principes refractarios, & laicos Eccleſiæ rebelles exercuerint, vt patet ex Epiſtola xi. Gelaſij Papæ I. ad Dardanos. incip. *valde mirati ſumus.* & ex Gregorio Papa VII. lib. 4. Regeſti Epiſtola. 2. incip. *multa interroganda.* & ex cap. alius. 15. quæſt. 6. & ex cap. excommunicamus. §. 1. §. moneantur, verſ. *ſi vero dominus.* de hæret. & ex cap. licet ex ſuſcepto. de foro competen. & ex cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit. & ex cap. ad Apoſtolicæ, de ſenten. & re iudicat. lib. 6. & ex cap. grandi. de ſupplen. negligen. Prælat. lib. 6. & ex Clementina. Romani. de Iureiuran. & ex Clementina. Paſtoralis. de ſenten. & re iudicat. & ex Regeſto Nicolai Cardinalis ab Aragonia. Quibus potiſſimũ locis huius temporalis ſiue ſæcularis poteſtatis Romani Pontificis, & exercitij eiuſdem, tam clara atque patentia extant exempla, vt non poſſint à Catholicis in dubium reuocari.

Prçclarũ exemplum de vtroque Romani Pontificis gladio.

Eiuſdem ſummæ poteſtatis temporalis à Chriſto Petro, & ſucceſſoribus ſuis in terris collatæ ſingulis annis in Eccleſiã Romana, atque in ipſo ſacello Pontificio, in ipſa præclara nocte Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti viuum, atque viſibile exemplum repreſentatur: Papa enim enſem aureo ornatu decoratum, alicui Chriſtianiſſimo, clariſſimoque Principi Catholico deſtinandum, ex antiqua conſuetudine, peculiari ritu, hac ſacra oratione pronunciara, benedicere conſueuit: *Benedicere digneris quæſumus Domine Ieſu Chriſte hunc enſem, in defenſionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Chriſtianæ Reipublicæ ordinatum: Noſtræ bene ✠ dictionis officio, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: vt per eum, qui te inſpirante illo accingetur, vim æquitatis exerceas, molemque iniquitatis potenter euertas. Et Sanctam Eccleſiam tuam, eiuſque fideles, quos vt pretioſo ſanguine tuo redimeres hodie in terris deſcendere, & carnem noſtram ſumere dignatus es, ab omni periculo protegas, atque defendas. Et famulum tuum, qui hoc gladio in tuo nomine armatus erit, pietatis tuæ firma cuſtodia munias, illæſumque cuſtodias: Qui viuis, & regnas, &c.*

In vetuſto libro manuſcripto in Pontificia Sacriſtia apud Sanctum Petrum ſeruato, quo benedictiones vetuſtæ, quibus Sedes Apoſtolica vtitur, continentur, de hoc benedicto enſe præ-

præclara quædam notantur: ſed duo præ ceteris.

Primum, glorioſa Chriſti victoria contra diaboli imperiũ reportata, his verbis: *Vnigenitus namque Dei filius, vt humanam naturam ſuo reconciliaret auctori, eam aſſumere dignatus eſt, vt inuentor mortis diabolus per ipſam, qua vicerat, vinceretur. Quæ quidem victoria per enſem congrue deſignatur.* Hæc ibi.

Alterum, poteſtas ſummi Pontificis in temporalibus, his ſimiliter verbis: *Figurat denique Pontificalis hic gladius poteſtatem ſummam temporalem à Chriſto Pontifici eius in terris Vicario collatam, iuxta illud: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Et alibi: dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos Orbis terrarum. Quam & declarat Cappa illa ſericea, quam Pontifices geſtare ſolent in nocte Natalis Domini.* Hæc ibi.

Ex ſupradictis conſequitur, iſtam Conſulentis opinionem à fide Catholica eſſe alienam, cum auferat à Romano Pontifice priuilegiũ ſibi in beato Petro diuinitus conceſſum. Vnde in cap. omnes. 22. diſtinct. id negans in hæreſim procul dubio dicitur labi. quod maxime procedit poſtquam Gregorius IX. in Epiſtola ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum: & Bonifacius VIII. in Conſtitutione incip. *Vnam ſanctam*. & Ioannes XXII. in Conſtitutione incip. *licet iuxta doctrinam Apoſtoli*. veritatem de vtroque Romani Pontificis gladio, ſiue Iuriſdictione declarauerunt, & poſtquam Sixtus Papa IV. in declaratione facta contra Venetos anno 1483. hæreticum eſſe aſſeruit dicere, Omnipotentem ipſum Petro Apoſtolorum Principi, & per eum eius ſucceſſoribus omnimodam poteſtatem in terris non tradidiſſe. Aluarus quoque Pelagius ſuperioribus ſæculis lib. 1. de Planctu Eccleſiæ. cap. 36. poſt medium, verſ. *ſic nullus Catholicus*. & cap. 37. incipit. *Qui Romana Eccleſia vel Papa*. Eandem propoſitionem hæreticam eſſe cenſuit.

Negantes iuriſdictionem Romani Pontificis ſuper temporalibus, in hæreſim labuntur.

Ideoque mirum eſt Cõſulentes, & alios defenſores decretorum Venetorum in iſtam damnatam opinionem prorupiſſe, imo & contra Senatus ſententiam eam aſſerere auſos fuiſſe: Senatus enim vtramque poteſtatem in Sede Apoſtolica ſæpe agnouit, & ab vtraque ſæpe beneficia recepit, in quibus illud eſt ſingulare, quod dignitatem Ducalem, olim à Sede Apoſtolica petiuit, & obtinuit, ſicut teſtatur Petrus

Senatus Venetus ſæpe fuit confeſſus Romani Pontificis poteſtatem ſuper temporalibus.

Iuſti-

Iuſtinianus Patritius Venetus lib. 1. hiſtoriæ Venetæ, paulo poſt principium in hæc verba: *Miſsique ſunt ſtatim Romam ad Deodatum Pontificem legati, Petrus Candianus, Michael Particiatius, & Theodoſius Ipatus, vt inſtituendi, eligendique Ducis Pontifex Apoſtolica auctoritate Ius Venetis perpetuo confirmaret. Anno igitur Domini ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo, Paulutius Anafeſtus nobilitate, virtuteque inſignis, Dux primus in Heraclia creatus fuit.* Hactenus Iuſtiniaus.

Vtriuſque etiam poteſtatis idem Senatus ſæpe ſenſit aculeos, ab Innocentio III. in cap. ſi vere. de ſent. excomm. à Clemente V. Sixto IV. & Iulio II.

Monitus etiam à Pio II. ordinationes ſuas & decreta, quæ mentem Pontificis lædere videbantur, reuocauit, vt conſtat ex litteris Paſqualis Maripetri Ducis Venetiarum anno 1460. ad Pium II. directis in hæc verba.

Sanctiſsimo & beatiſsimo in Chriſto Patri & Domino, D. Pio digna Dei prouidentia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici. Paſqualis Maripetro Dux Venetiarum, &c. pedum oſcula beatorum.

FVit eritq. ſemper, Beatiſsime Pater, magnum deſiderium noſtrum in cunctis poſsibilibus clementiæ veſtræ morem gerere: Cum vero ab Legatis Sanctitatis veſtræ penes nos exiſtentibus, fuerimus ſæpenumero requiſiti, quod tollerentur, & abolerentur decreta illa, edita per nos, quæ mentem Sanctitatis veſtræ lædere videbantur, cupidi eius deſiderijs inhærere, nuntiamus Beatitudini veſtræ, quod veluti deuoti, & obſequentes filij, etſi præter ordinationes, præterq. inſtituta noſtra procedere id cognoſcamus, reuocauimus tamen, & annihilauimus ipſa decreta, ita vt vim amplius nullam habeant, ſed abolita in totum ſint, ac ſi nunquam edita extitiſſent. Reliquum eſt vt Sanctitati veſtræ precibus omnibus, quibus poſſumus, deuotiſsime ſupplicemus, quod in ſpeciale munus, & gratiam noſtram, totiusq. Senatus noſtri, dignetur circa promotionem alicuius ad Epiſcopatum Patauinum aliquanto ſuperſedere: Nam ad breues vſque dies circa hoc mentem & ſupplicationem noſtram Beatitudini Veſtræ

ſtra filiali reuerentia noſtra patefaciemus. Datum in meo Ducali Palatio die vi. Martij, Indict. viij. 1460. Hæc ibi. Meminit iſtius reuocationis Pius Papa II. lib.4. Commentariorum paulo poſt principium. §. Pius qui nondum. & §. dum hæc aguntur. neque enim noua, aut inuſitata ſunt quæ nunc ab eadem Republica Sedes Apoſtolica poſtulat adimpleri.

Quod autem ab eodem Duce & Senatu ea ſtatuta fuerint reuocata, de benignitate Apoſtolica proceſſit, cum Pontifex vigore ſuæ poteſtatis illa reuocare, & abolere potuiſſet.

Dum alius de Conſulentibus præmittit ſæcularem Principum poteſtatem immediate eſſe à Deo naturam inſtituente, vnde infert poteſtatem Reipublicæ Venetæ immediate eſſe à Deo, inſtructione indiget: Nam ſi intelligat prout intelligere videtur, poteſtatem Principum ſæcularium perinde immediate eſſe à Deo, ac poteſtatem Pontificiam ſpiritualem ſeu Eccleſiaſticam, valde hallucinatur: quia licet verum ſit duas eſſe in Repub. Chriſtiana poteſtates cap. quoniam. 10. diſtinct. & cap. duo ſunt. & cap. cum ad verum. & cap. ſi Imperator. 96. diſtinct. & cap. ſolitæ. de maior. & obedient. inter eas tamen multæ & notabiles ſunt differentiæ, quas communiter Theologi & Canoniſtæ recenſent, & ſignanter Ioannes Cardinalis de Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 1. cap. 90. & omiſſis ceteris, quæ minus pertinent nunc ad hoc inſtitutum, iſtæ duæ poteſtates differunt reſpectu principij, ſiue originis, quoniam poteſtas Pontificia, & ſpiritualis immediate eſt à Deo, Romano Pontifici Vicario Dei attributa: poteſtas vero ſæcularis non eſt immediate à Deo tributa Principibus ſæcularibus, ſed mediante hominum miniſterio quæſita, videlicet vel per electionem: vel per hæreditariam ſucceſſionem: vel per donationem: vel Iure iuſti belli: ſic conformiter recte ſapientes Theologi, & Canoniſtæ docuerunt, Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de Origine Iuriſdictionum quæſt. 2. nu. 10. verſ. *Et differt hæc poteſtas quantum ad ſuam primam originem*. Et Durandus Epiſcopus Meldenſis, tract. de Iuriſdictione Eccleſiaſt. quæſt. 2. circa finē. §. *differt hæc poteſtas*. Et Ioannes Cardinalis de Turrecremata in Summa de Eccleſia, lib. 1. cap. 90. incip. *oſtenſa neceſsitate*. paulo poſt principium, verſ. *Secundo poteſtas ſpiritualis*. Et Ioannes

Duæ ſunt in Chriſtiana Republ. poteſtates, ſpiritualis, & ſæcularis.

Poteſtas ſæcularis non eſt à Deo immediate tributa principibus ſæcularibus.

Driedonius, lib. 1. de libertate Chriſtiana, cap. 15. & Alphonſus de Caſtro, lib. 1. de poteſtate legis pœnalis. paulo poſt principium, verſ. *Eſt alia poteſtas laica*. Et copioſe Panormitanus in cap. nouit. de Iudic. num. 12. verſ. *Sed hæc poteſtas*. Vbi expreſſe docet ſæcularem poteſtatem non deriuari in Principem ſæcularem immediate à Deo. Idem tenet & late probat Ioannes Antonius Cardinalis Alexandrinus vulgo Præpoſitus, in cap. cum ad verum, num. 2. in reſponſione ad ſecundum argumentum. 96. diſtinct. idem Præpoſitus, in cap. duo ſunt. 96. diſtinct. nu. 3. imo Baldus in l. 1. C. de Summa Trinit. nu. 12 Imperiū immediate à Populo proceſſiſſe confitetur, de quo eſt textus expreſſus in §. Sed & quod Principi. Inſtitut. de Iure natural. gent. & Ciuil. ibi: *Populus ei, & in eum, omne Imperium, & poteſtatem conceſſit*.

Non obſtant iura Canonica, & Ciuilia quibus olim Marſilius de Padua, Ioannes de Ianduno, & alij hæretici vtebantur, & nunc quoque alij errando vtuntur in cap. Si Imperator. 96. diſtinct. & in cap. quæſitum. 23. quæſt. 4. & in cap. ſolitæ. de maior. & obedien. & in l. deprecatio. verſ. *Ego quidem mundi dominus*. ff. ad legem Rhodiam de iactu. & in Authentico de inſtrumentorum cautione. §. qui igitur. quibus quandoque dicitur: *Imperium diuinitus conſtitutum*: quandoque, *à ſolo Deo eſſe*: quandoque, *à cæleſti maieſtate habere gladij poteſtatē*. vt in l. 1. in principio. C. de veteri iure enuclean. Quoniam omiſſa ſuper hoc articulo longiſſima reſponſione, quam ad ſingula Iura adhibuit Rodericus Sancius Epiſcopus Zamorenſis in libro de origine & differentia Principatus Imperialis & Regalis. par. 1. fol. 36. §. *Quo ſenſu Imperium eſt à Deo*. Breuiter reſpondetur, ideo Imperatores, Principes, & Reges dici à Deo conſtitutos, vel a Deo habere poteſtatem, quoniam Imperia, Principatus, & Regna legitime conſtituta fuerunt ſecundum rectam rationem, quam Deus hominibus indidit: Quamuis enim a principio conditi orbis, non fuerint Reges conſtituti, ſed Deus vt ait Innocentius in cap. licet ex ſuſcepto. nu. 3. verſ. *Sed dicet aliquis*. de foro competen. & Oldradus conſil. 69. incip. *conſueuit dubitari*. nu. 2. verſ. *Deus qui cuncta creauit*. per ſeipſum omnem creaturam rexit, & gubernauit, ſecundum tamen rectam rationem homines moti, vt ſeipſos faci-

Quo ſenſu Imperatores, Reges & Principes ſæculi dicantur à Deo conſtituti.

facilius conſeruarent,& ſibi aduerſantia propellerent, peculiares & ſelectos viros, a quibus gubernarentur, ſibi conſtituerunt,in quos poteſtatem,quam habebant ſponte tranſtulerunt. Sic enim conformiter tradiderunt Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de origine Iuriſdictionum quæſt. 1. & 2. Durandus tract. de iuriſdictione Eccleſ. quæſt. 1. & 2. Ioannes Blaſius Nauarrus lib. 1. cap. 8. de ſacro Eccleſiæ Principatu. Ioannes Antonius Cardinalis Alexandrinus in cap. cum ad verum. nu.2. in reſponſione ad ſecundum argumentum. & Rodericus Sancius in libro de origine, & differentia Principatus Imperialis,& Regalis.par.1.fol.36.pag.1. vbi aſſeruit conſtare ſecundum Catholicam veritatem, quod Imperialis auctoritas dependet principaliter, & immediate ab Eccleſia,& conſequenter non eſſe a Deo immediate.

Idem Cardinalis Alexandrinus in dicto cap. cum ad verum.nu.2.in reſponſione ad ſecundum argumentum,clarius quodammodo reſpondendo dicebat, non ideo dici Imperiũ a Deo eſſe,vel Imperium & Papatum ex eodem fonte procedere,quod immediate a Deo Imperium ſicut Papatus deſcendat,non enim ſequitur,Imperium, ſiue Principatus ſæcularis deſcendit a Deo,ergo non deſcendit a Papa, ſicut non ſequitur,gentes diuinitus conſequutæ ſunt baptiſmum, ergo non mediantibus Apoſtolis; ſic cũ dicitur, omnis poteſtas a Deo eſt, intelligitur mediate, vel immediate. cap. qui reſiſtit. 11, quæſt.3 cap.qui culpatur.23.quæſt.1.& mox cõcludit,quod cũ Imperator poteſtatem a Papa recipiat, ſatis dicitur a Deo habere poteſtatẽ,mediante tamen perſona Romani Põtificis.

Idem Præpoſitus in cap.duo ſunt. 96.diſtinct.nu.3 ex Aegidio Bellamera in cap.conſtitutiones.diſtinct.10. ſic interpretatur Iura dicentia, Sacerdotium, & Imperium ab eodem principio,ideſt à Deo,emanaſſe, fatendo emanaſſe quidem à Deo,non tamen eodem modo, quia ſacerdotium immediate & diſpoſitiue prodiuit à Deo, ſed Imperium non proceſſit à Deo immediate,nec diſpoſitiue, ſed ſecundario, videlicet per modum cauſæ alterius, nempe tranſlationis factæ à populo. l.1.ff.de conſtitut.Princip.quod etiam ſenſit Dominicus Cardinalis Iacobatius tract. de Concilio lib.10. artic.8. §. & licet Imperator. & §. ſequen.

Vnde Ioannes Driedonius lib. 1. de libertate Chriſtiana. cap. 15. §. ex his ergo. de Imperatore loquendo vere concluſit, Imperialem poteſtatem vnius hominis ſuper vniuerſum orbem Chriſtianum, non eſſe diuini Iuris, aut naturalis, neque originem habere immediatam ex ordinatione Diuina: quia neque ratio naturalis dictat, quod vnus debeat ſic in temporalibus omnibus dominari; neque lex diuina præcipit, vt eligatur vnus, qui omnibus Regnis & Prouincijs dominetur, neque vſpiam in ſcripturis legimus, quod Deus dederit vlli homini Imperium in temporalibus ſuper vniuerſam Eccleſiam, quemadmodum legimus Chriſtum ſuper vniuerſam Eccleſiam Petrum præfeciſſe, cum Petro generaliter dixit: *Paſce oues meas, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cælis*. omnes autem auctoritates, quæ in contrarium adducuntur, ſolum probant poteſtatem iuriſdictionis inter homines eſſe à Deo, quatenus Deus indidit hominibus rationem, per quam debitum eſt in hominibus eſſe talem poteſtatem propter bonum eorum regimen. Bertrandus tract. de origine Iuriſdictionum. quæſt. 1. in fine nu. 17. Durandus tract. de iuriſdictione Eccleſiaſtica. quæſt. 2. in fine.

Poteſtatē Reipub. Venetę nō eſſe immediatè à Deo.

Ex prædictis infertur neque Reipub. Venetæ poteſtatem eſſe immediate à Deo, cum eius auctoritas, & iuriſdictio non ſit maior, aut magis priuilegiata, quam poteſtas Imperatorum, Regum, & Principum non recognoſcentium ſuperiorē.

Neque Ludouicus Molina cuius teſtimonio nititur Conſulens tom. 1. de Iuſtitia. tract. 2. diſputat. 23. probat eam ſententiam, cum ibi circa finem verſ. *iam vero*. primo dicat tres ſupremas poteſtates ciuiles, Monarchiam, Ariſtocratiam, & Democratiam, de quibus ibi egerat, à Repub. dimanare in Rectores: quod eſt conſentaneum ſupradictis: & deinde addat quaſdam poteſtates Iure poſitiuo diuino, ſingulari priuilegio à Deo immediate emanaſſe, quales fuerunt, (inquit) poteſtates Moyſis, Saulis, & Dauidis, qui à Deo conſtituti fuerant Reges in Iſrael: quod etiam dixerunt Bertrandus tract. de origine Iuriſdictionum quæſt. 1. nu. 9. & Durandus tract. de iuriſdictione Eccleſiaſtica, quæſt. 1. verſ. *Quamuis enim à principio*. Quod ideo animaduerſum eſt, vt intelligatur Conſulentes frequentiſſime falſis vti allegationibus. Et licet Mo-

Digitized by Google

Molina id dixiſſet, non præiudicaſſet veritati, qui vt ait Surdus conſil.301.nu.56.dum ſæcularibus Principibus vult gratus fieri,non parum hallucinatur.

Hæc eſt ergo Catholicorum Doctorum vera, & tuta ſententia, ideoque firmiter retinenda: Nam contraria à Conſulente aſſerta inductiua eſt ſchiſmatis in Eccleſia, præſertim cum eo tendat, vt poteſtatem ſæcularem ita diſtinctam, & ſeparatam conſtituat, vt poteſtati Eccleſiaſticæ in temporalibus nec ſubijciatur, nec obedire teneatur; & propterea poſſit nedum ſuper rebus temporalibus, ſed etiam ſuper perſonis Eccleſiaſticis ratione communis boni ferre leges, quæ & perſonas Eccleſiaſticas, eorumq. bona ligent,quamuis regulariter à laica poteſtate exemptas: ad hoc enim perſuadendum referri iſtud præſuppoſitum, ex vnius Conſulentis præmiſſis conſtat in verſ. *Secundo præmitto*. Quod tamen aperte falſum eſt: Quoniam licet ſecundum diuinam ordinationem iſtæ poteſtates ſint diſtinctæ, quantum ad immediatam executionem, & quantum ad exercitium,non tamen quantum ad apicem poteſtatis; vnde non ita ſunt penitus diſtinctæ,quin ſuperior Iuriſdictio remaneat ſemper penes Papam, vt dicit Turrecremata in cap.cum ad verum. nu. 4. verſ. *Ad ſecundum reſpondetur*. 96. diſtinct. Hæc doctrinæ Sancti Thomæ ſunt conformia, qui. 2. 2. quæſt. 60. artic. 6. poſtquam oppoſuiſſet de diſtinctione poteſtatis ſpiritualis, & temporalis, reſoluendo, & reſpondendo ad tertium argumentum, dixit, poteſtatem ſæcularem ſubditam eſſe ſpirituali,ſicut corpus animæ: & ideo non eſſe vſurpatum Iudicium,ſi ſpiritualis Prælatus ſe intromittit de temporalibus, quod etiam ſenſit Hoſtienſis in cap. per venerabilem.nu. 20. Qui filij ſint legit. Quod maxime in Papa habere locum, late docuit Alexander de Sancto Elpidio in Opuſculo de Eccleſiaſtica poteſtate, ad Papam Ioannem. XXII. tract. 2. cap. 5. & 6. & ſeq. Vnde non defuerunt qui dixerint Iuriſdictiones quodammodo dici diſtinctas,ſed non quoad primariam auctoritatem: & Imperatorem non eſſe mundi dominum, nec dici poſſe, quantum ad primariam auctoritatem, quæ penes Summum Pontificem exiſtit: quam Ioannes de Lignano, quem refert & ſequitur Franciſcus Cardinalis Zabarella

Licet poteſtas ſpiritualis & ſæcularis ſint diſtinctæ reſpectu exercitij, non tamen reſpectu apicis ſupremæ poteſtatis, quæ ſemper reſidet in Romano Pontifice.

rella

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rella in Clemen. ne Romani. §. irritum. nu. 6. verſ. *Ioannes de Lignano*. & Andreas Barbatia tract. de præſtantia Cardinalium quæſt. 2. primæ partis principalis, nu. 3. vocant generaliſſimam, quæ fuit transfuſa à Chriſto in Petrum, & eius ſucceſſores, cap. in nouo. 21. diſtinct.

Cum iſtæ duæ poteſtates non ſint oppoſitæ, in eadem perſona Romani Pontificis eſſe poſſunt, & ſũt.

Hinc protinus conſequitur, inter iſtas duas poteſtates nullam eſſe oppoſitionem, nec repugnantiam, & proinde ſimul in eodem ſubiecto, & in eadem perſona Romani Pontificis, & ſpiritualem, & ſæcularem poteſtatem reperiri poſſe: ſicut de eodem articulo agentes ſuperioribus ſæculis efficaciter, & conformiter docuerunt Durãdus Epiſcopus Meldenſis tract. de Iuriſdictione Eccleſiaſtica. quæſt. 3. & Petrus Bertrandus tract. de Origine Iuriſdictionum, quæſt. 3. & Alexander de ſancto Elpidio in Opuſculo de poteſtate Eccleſiaſtica tract. 2. cap. 5. & ſeq. & hoc voluit ſignificare Sanctus Thomas lib. 2. ſententiar. diſtinct. 44. in fine cum dixit: Papam vtriuſque poteſtatis ſpiritualis, & ſæcularis apicem tenere. Spiritualem autem ſiue Eccleſiaſticam poteſtatem tamquam præſtantiorem, nobiliorem, & ſuperiorem, terrenæ, ſiue ſæculari præeminere docuerunt Sanctus Thomas 2.2. quæſt. 60. artic. 6. in reſponſione ad tertiũ argumentum, Oſtienſis in Summa tit. Qui filij ſint legit. §. qualiter, & à quo. Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de origine Iuriſdict. quæſt. 4. nu. 5. & Turrecremata in Summa de Eccleſia. lib. 1. cap. 90.

Confutatio primi decreti, ne bona immobilia in Eccleſias & pia loca transferantur.

HIs ſic conſtitutis, accedentes ad decreta, retento ordine Conſulentium, Primo loco egimus de illo decreto, quo expreſſe cautum fuit:

Ne quis ſub certis in illo contentis pœnis, in Vrbe Venetiarum, eiuſque Ducatu, bona immobilia ad pias cauſas teſtamento, ſeu donatione inter viuos relinqueret, aut alio quouis titulo alienaret, ſiue ad earum fauorem vltra certum tunc expreſſum tempus obligaret: & ne bonorum eiuſmodi immobilium alie-

natio-

nationes in fauorem perſonarum Eccleſiaſticarum, ſine Senatus licentia fierent ſub pœna nullitatis talis alienationis, & quod bona ipſa ſic alienata, vel relicta venderentur, & tertia pars pretij Reipub. alia tertia Magiſtratui, qui executionem faceret: & alia tertia denuntianti applicaretur, & eo deficiente Reipub. & Notarius perpetuo ab exercitio Notariatus priuaretur.

In cuius decreti confutatione contra Conſulentes hunc ordinem tenuimus. Primo, conſiderato in genere totius decreti tenore, ex defectu poteſtatis nullum eſſe, grauiterque Eccleſiam Dei, nec non eius immunitatem, leges, & Iura peſſimo exemplo nedum lædere, & violare, quinimo & labefactare oſtendemus.

Secundo, propoſitis atque diſtincte expenſis ſingulis decreti partibus demonſtrabimus, in eiuſdem Eccleſiæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & totius Reipub. Chriſtianæ intolerabile præiudicium, & offenſam redundare.

Tertio, & poſtremo ex receptis, & approbatis Doctorum ſententijs, & doctrinis, reſpondendo Conſulentium argumẽtis, illorum errores patefaciemus.

Quoad primum, prædictum decretum ſimpliciter, & abſolute ſumptum eſt nullum, & inualidum, cum in eo non concurrant requiſita ad ferendas leges validas, quæ explicat Sanctus Thomas 1. 2. quæſt. 96. artic. 4. quem refert, & ſequitur Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 39. de Conſtitut. videlicet, vt ordinetur ad bonum commune, quod feratur ſecundum æqualitatem proportionis, & præcipue, quod in legislatore ſit auctoritas, ita vt lex nõ excedat poteſtatem ferentis: nec immerito, quoniam in vnoquoque actu ad illius validitatẽ neceſſaria eſt legitima poteſtas. cap. cum ſuper. de Offic. delegat. l. cum te. vbi Baldus, num. 2. C. de donat. ante nupt. Decius conſil. 198. nu. 3. & poteſtatis defectus ſemper & indiſtincte nullitatem producit, Abbas in cap. fin. nu. 3. de rebus Eccleſ. non alienan. Decius in cap. Eccleſia San ctæ

Decreti nullitatem arguit defectus poteſtatis in legiſlatore.

ctæ Mariæ,nu.89.& 90.de Conſtitut. Barbatia conſil. 14. nu. 2.lib.1. Socinus conſil. 56.nu.1.lib.1. Surdus conſil. 2.nu,33, lib.1.& conſil.301.nu.15. & 16.libro.3. Quæ tamen poteſtas in Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas laicis non eſt attributa. cap. bene quidem. 96. diſtinct. cap.laicis.16 quæſt.7.cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ.de Conſtitut.cap.cum laicis.de rebus Eccleſ. non alienan. vbi notat Hoſtienſis num.10.Panormitanus nu. 3. & Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap. perpendimus. nu.13. verſ. *his attentis*, de ſenten. excommun. & Barbatia in Rubr. de rebus Eccleſ. non alienan. & latiſſime Aegidius Cardinalis Bellamera conſil. 59. col.190. lib.2.in manuſcript.Socinus conſil.14 nu.1. & conſil.71.num. 10. & num. 23. lib. 4. Iacobus Mandellus conſil. 8. num. 8. lib. 1. Et cum ſtatuere ſit actus iuriſdictionis Bartolus in l. omnes populi.nu.3. ff. de iuſtit. & iur. vbi Iaſon nu. 22. & Romanus conſil. 218. nu. 2. bene infertur Senatum laicum nullam habuiſſe poteſtatem hoc,vel ſimilia ſtatuta condendi.

Communis Doctorum opinio idem decretũ oppugnat.

Qua ratione huiuſmodi ſtatuta laicorum, quæ expreſſe,& ſpecifice loquuntur de Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis,vel in illas prohibet alienationem immobilium, nulla eſſe & inualida tradunt communiter Canoniſtæ in cap. nouerit. & in cap.grauem.de ſenten.excommun.& eſt textus in cap.final. de immunit.Eccleſ lib.6. & ibidem communiter notant Ioannes Andr.nu.3.Ancharanus nu.1. Francus nu.1. Geminianus nu.4. & communiter etiam Legiſtæ in l.filiusfamilias.§.Diui. ff. de legat. 1. vbi Florianus de ſancto Petro nu. 22. verſ. *Item adde*. Angelus nu.4.Alexander nu.12.Ruinus nu.92.verſ.*Iſtud tamen poſſet eſſe verum*.& nu.94.Marianus Socinus nu.170 verſ. *Ad tertium*. Ferdinandus de Loazes nu. 159. Crotus nu. 80. Ambroſius de Opizonibus nu. 79. Iaſon nu. 72. in prima lectura. vbi dicit hanc eſſe communem ſententiam. Bartholomeus Romuleus qui in contrarium allegatur nu.194. vbi ait omnes Doctores hanc ſententiam ſequi. Bartolus in l. final. nu.18. C.de ſacroſan.Eccleſ. & in l. dudum. C. de contrahen. emptio.Ioannes de Platea in l.in his. nu.1. verſ. *Nota ex principio*. C.de præd. & rebus nauicular.lib.11.idem in l.1.nu.2.circa finem. verſ. *Et per hanc legem*. C. non licere habitatoribus metrocomiæ. eodem lib. 11. Hippolitus Bonacoſſa in communi-

munibus opinionibus criminalibus. in verbo. *Statutum*. §. ſtatutum prohibens rem immobilem. verſ. *Idem ſi prohibeat*. par. 2. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Iulius Clarus in pract.criminali.quæſt.82. §.ſtatutum quinto.verſ. *Sed quæro*. vbi dicit omnes Doctores ita tenere. Ioannes Iacobus de Canibus tract.de Repreſalijs.par.2. nu.10. verſ. *Tamen non ſunt licita*. Calderinus conſil. 12. nu. 3. inter conſilia Ancharani. & ibidem Collegium Bononienſe conſil. 14. in princip. Angelus conſil.48. nu.3.Cardinalis conſil.66.nu.2. verſ. *Sed ſi ſtatutum expreſſe prohiberet*. Bartholomæus Socinus conſil. 14. nu. 1.lib.4.vbi de communi. Iaſon conſil.161.nu.15.lib.2. Paulus de Caſtro conſil.89. nu. 1. lib.2. Marianus Socinus conſil. 76. nu.30.lib.3. Neuizanus conſil.39. nu. 10. verſ. *Sed reſpondetur*. Euerardus conſil.30.nu.16.& ſeq.idē conſil.42.nu.12.Ioannes Petrus Surdus conſil. 301. nu. 13. & ſeq. lib. 3. & Matthæus de Afflictis ſuper Conſtitut.Regni lib.3.Rubrica.26.de rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſijs. deſertis verbis affirmauit eam Conſtitutionem nihil valere, quia Imperator non potuit contra libertatem Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum prohibere, quod non relinquantur res ſtabiles Eccleſiæ inter viuos, vel in vltima voluntate, per Canones ſupra allegatos in cap. nouerit. & cap. grauem. de ſenten. excommun. & in cap.final. de immunit.Eccleſ.lib.6.

Sententia affirmans ſtatutum laicorum faciēs expreſſam mentionem de Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis, eſſe inualidum, nō habet contradictorem.

Et hæc ſententia quod ſtatutum laicorum non valeat quando expreſſe in eo ſit mentio de Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis, non habet fere contradictorem: Nam Doctores qui in contrarium allegantur, dum reſpondent ad textum in cap. final. de immunit. Eccleſ. lib. 6 dicunt illius diſpoſitionem procedere, quando in ſtatuto facta eſt mentio de Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis.

Statutum laicorum generaliter conceptū, non comprehendit Eccleſias nec perſonas Eccleſiaſticas.

Sed nihilominus etiam quando ſtatutum eſt generale prohibens alienationem immobilium indiſtincte in non ſubditos, nulla facta mentione de Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis, in quibus terminis loquuntur Signorolus, & alij qui eum ſequuntur, licet reſpectu laicorum ſit validum iuxta communem opinionem de qua teſtatur Albericus tract. de ſtatut.par.2.quæſt.2.num. 10.& Curtius ſenior conſil.27. nu. 8. & Iaſon in dicto §. Diui.in 2.lectura nu.106.& ibi Ri-

D pa

pa nu. 74. nihilominus tale ſtatutum generale non comprehendit Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas ex defectu poteſtatis, & voluntatis, quæ à poteſtate regulatur, & ſi eos ſtatuentes intenderent comprehendere eſſet omnino inualidum, iuxta veriorem, magiſque receptam ſententiam, quam profitentur Canoniſtæ in cap. final. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. vbi Ioannes Andr. nu. 1. & ſeq. verſ. *Vidi dubitari*. & Ancharanus num. 1. & Geminianus nu. 1. & 3. & Francus num. 2. Antonius de Butrio in cap. tua nuper. per illum textum. nu. 3. & 4. de decim. Panormitanus in cap. à nobis. il primo. nu. 4. & 5. & ibi Marianus Socinus num. 7. de ſentent. excommunicat. & idem Panormitanus in cap. relatum. il primo. nu. 5. de teſtamen. Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. quæſt. 9. nu. 89. vbi de communi de Conſtitut. quam ſententiam profeſſus fuit olim Oldradus, quem refert, & ſequitur Bartolus in dicta l. filius familias, §. Diui. nu. 11. & 12. ff. de legat. 1. & Crotus, nu. 80. & Ripa num. 81. verſ. *Secunda concluſio*. Vbi affirmauit hanc eſſe communem ſententiam Legiſtarum, & Canoniſtarum. Iaſon in dicto §. Diui. in prima lectura. nu. 72. vbi dicit eam tenere Albericum, Angelum, Florianum, Imolam, Raphaelem, & Alexandrum, & ſic neminem ſcribentium diſcrepare à ſententia Bartoli. & idem Iaſon ibidem nu. 82. addit conſulendo & iudicando tenendam eſſe Bartoli opinionem: quam etiam tuetur, & communẽ aſſerit Ruinus à nu. 92. vſque ad nu. 95. Crotus nu. 80. Ripa nu. 81. Marianus Socinus nu. 166. & idem ſentire videtur Ambroſis de Opizonibus dicens ſanctius eſſe tenere hãc partem. idem Bartolus in l. final. nu. 18. C. de Sacroſan. Eccleſ. Ioannes Baptiſta de Sancto Seuèrino in l. omnes populi. nu. 98. verſ. *ex prædictis*. ff. de Iuſtit. & Iur. Ioannes de Platea in l. in his. nu. 1. verſ. *nota*. C. de præd. & rebus nauicular. lib. 11. Albericus de Roſate tract. de ſtatut. part. 2. quæſt. 2. nu. 5. & 7. & ſeq. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. Rubr. 9. §. 10. nu. 49. Bertacchinus de Epiſcop. par. 4 lib. 4. quæſt. 45. nu. 147. Iulius Clarus in pract. criminal. quæſt. 82. §. ſtatutum quinto. nu. 2. verſ. *Sed quæro*. Fabianus de Monte tract. de empt. & vendit. quæſt. 3. princip. num. 45. verſ. *Sed non valeret*. Petrus Iacobus in practica in Rubrica de ſucceſſione regni Franciæ, fol.

77. pag.

77. pag. 2. col. 1. in principio. verſ. *Ad primum dico*. Angelus conſil. 48. num. 3. Paulus de Caſtro conſil. 89. num. 1. lib. 2. Curtius ſenior conſil. 62. nu. 7. verſ. *Non obſtat ſtatutum Mediolani*. Idem conſil. 72. nu. 13. verſ. *Secundo reſpondeo*. Marianus Socinus conſil. 76. nu. 30. lib. 3. dicens in dubio non eſſe recedendum ab opinione Bartoli, & communi. Hippolitus Rimi-naldus conſil. 15. nu. 85. lib. 1. late Mandellus conſil. 8. lib. 1. Euerardus conſil. 30. num. 16. & conſil. 239. num. 18. & 19. Plotus conſil. 19. num. 11. & 12. dicens etiam communem. Lapus allegat. 92. Abbas conſil. 26. nu. 1. lib. 1. Cardinalis conſil. 66. nu. 2. Calderinus inter conſilia Ancharani conſil. 12. idem Ancharanus conſil. 155. Antonius de Butrio cõſil. 40. Nauarrus conſil. 4. nu. 6. atteſtans quoque de communi tit. de Conſtitut. lib. 1. Surdus conſil. 301. num. 12. & ſeq. & nu. 70. lib. 3.

Diſpoſitio ſtatuti generalis, nõ trahitur ad illa, quę in ſpecie fieri non poſſunt.

Huius autem ſententiæ firma, & conſtans ratio eſt, quia diſpoſitio ſtatuti generalis non trahitur ad ea, quæ non poſſunt fieri in ſpecie. Ioannes Monachus in cap. Vt animarum. num. 2. verſ. *& eſt ratio*. de Conſtitut. lib. 6. Crotus in dicto §. Diui. num. 80. quoniam generalis diſpoſitio non comprehendit quæ ſpecialiter non venirent. l. obligatione generali. ff. de pignor. nec ſub generalitate verborum venit illicitum, l. ſi pater. ff. de his qui in fraudem credit. cap. veniens. de Iureiuran. nec venit iniuſtum. cap. ſuper quibuſdam. in fine. de verbor. ſignificat. Vnde Baldus in cap. cum veniſſent. nu. 6. de eo qui mittitur in poſſeſſio. affirmauit ſtatutum laicorum ſiue actiuum, ſiue paſſiuum non includere Clericos: Quia ſi generaliter diſpoſuit non faciens mentionem expreſſam de Clericis, debet intelligi ſecundum Ius: ſi vero eos exprimit, & ſi verbis eos comprehendat, re tamen non poteſt. idem Baldus conſil. 300. nu. 4. lib. 1. clarius loquutus concludit ſtatutum generale laicorũ non comprehendere Clericos tam ex defectu poteſtatis, quã voluntatis: quia cum hoc ſit impoſſibile ſtatuentibus, non debet ad id eorum voluntas extendi: cum impoſsibilium nulla ſit diſpoſitio. l. cõfeſsionibus. ff. de interrogat. actionib. tum quia nemo videtur manum apponere ad ſibi illicita, & impoſsibilia. l. miles. §. ream. vbi Angelus ff. ad legem Iuliam

de Adulter. & Ancharanus in repetit. cap. 1. nu. 29. de conſtitut. tum quia in dubio non præſumitur voluiſſe in ſua diſpoſitione comprehendere ea, de quibus expreſſe diſponere non poteſt. l. Lucius. §. vlt ff. ad municipalem. cap. à nobis il primo. de ſentent. excommunicat.

Iudices Eccleſiaſtici poſſunt compellere ſtatuentes laicos ad declarandũ ſtatuta ſua non comprehendere Eccleſias.

Ex prædicta vera & communiter recepta ſententia inferunt Doctores, poſſe Iudices Eccleſiaſticos cogere ſtatuentes laicos ad declarandum, quod huiuſmodi ſtatuta non comprehendant Eccleſias, nec Eccleſiaſticas perſonas. Ioannes Andr. in cap. final. num. 4. verſ. *nec eſſet abſurdum*. Geminianus nu. 4. verſ. *Imo non eſſet abſurdum*. Francus num. 2. verſ. *& vltra etiam*. Ancharanus nu. 1. verſ. *ſubdit tamen*. & alij de immunit. Eccleſiaſt. lib. 6. idem Ancharanus dicto conſil. 155. nu. 8. circa finem. verſ. *Sexto, & vltimo*. Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 75. & 107. de Conſtitut. Sanctus Antonius in Summa par. 3. tit. 24. cap. 18. Gabriel conſil. 37. nu. 3. lib. 2. Surdus dicto conſil. 301. num. 45.

Statuta laicorũ quamuis fauorabilia, non ligant Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas.

Et hæc vſque adeo vera ſunt, vt ſtatuta laicorum quamuis fauorabilia, non tamen ligent Eccleſias, nec perſonas Eccleſiaſticas, nec res earum, niſi à Papa expreſſe fuerint approbata cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. vbi cõmuniter notant Canoniſtæ de Conſtitut. & Baldus in cap. cum veniſſent. nu. 6. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. Matteſilanus notab. 110. incip. *nota vnam lucroſam*. dicens id habere locum tam in foro Eccleſiaſtico, quã ſæculari. Matthæus de Afflictis tract. de Iure prothomis. in princip. nu. 8. Ioannes Neuizanus conſil. 39. nu. 5.

Clerici non ſunt de foro laicorum.

Quæ eo magis ſine difficultate procedunt, quoniam Clerici non ſunt de foro laicorum cap. decernimus. de Iudic. cap. nullus. de foro competen. cum ſimilibus. Nec Clerici ſunt aut dicuntur laicis ſubditi. Baldus in l. de quibus num. 76. ff. de legib. Decius conſil. 150. incip. *dubitatur principaliter*. num. 4. Ioannes Cephalus, conſil. 53. num. 38. lib. 1. Et paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari gloſ. & Doctores in cap. cum clericis. de foro competen. Alexander conſil. 150. nu. 3. & conſil. 210. nu. 2. & conſil. 211. nu. 5. in fine lib. 2. Antonius de Butrio in Rubr. de conſuetud. nu. 7. Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 18. de Conſtitut. vbi nu. 19.

vere

vere intulit, Clericos omnes etiã in minoribus ordinibus conſtitutos, quia ſunt de foro Eccleſiæ cap. cum non ab homine. de Iudic. & cap. 2. de foro competen. laicorum conſtitutionibus non conſtringi: quia Clerici reſpectu laicorum ſunt maioris, & altioris ordinis, & ſtatuta inferiorum non ligant ſuperiores §. plebiſcitum. Inſtitut. de iure natural. & inferior non iudicat ſuperiorem cap. cum inferior. de maior. & obedient. Quæ tamen regula e conuerſo non procedit in hac materia, videlicet ſtatutis ligari ergo forum ſortiri, quia non ſequitur, ligat ſtatutum, ergo foro ſæculari ſubijcitur Clericus contra priuilegium fori, iuxta veram, & communem reſolutionem Innocentij in cap. non minus. circa finem verſ. *quamuis.* de immunit. Eccleſ. quem ſequuntur ibidem Ioannes Andr. Ancharanus, Panormitanus, & alij quos refert, & ſequitur Franciſcus Coelius tract. de immunit. Eccleſ. in princ. §. huius materiæ origo. verſ. *inde eſt.* & verſ. *Non tamen in hac materia.* & verſ. *in quibus locis.* Vbi notat, quod licet Eccleſiæ, & Clerici in diuerſis huius materiæ articulis adſtringantur lege, vel ſtatuto ſicut laici non vi legis vel ſtatuti, ſed ratione directiua, vt paulo poſt dicetur, non tamen propterea in illis ſubijciuntur foro ſæculari: nam tali caſu ad illa non ſunt per ſæcularem Iudicem cogendi, ſed per Eccleſiaſticum, de cuius foro ſunt perſonæ, licet res ſint de foro laico. Innocen. in cap. non minus. nu. 6. verſ. *quamuis ad ea.* de immunit. Eccleſiar. vbi Abbas nu. 18. verſ. *dicit tamen.* Baldus in l. ad inſtructiones. nu. 4. & nu. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Guido Pape deciſione 78. in fine.

Idem quoque decretum abſolute ſumptum nõ poteſt ſuſtineri, quia aperte oppugnat Eccleſiaſticam libertatem, & conſequenter eſt omnino nullum, & inualidum cap. nouerit. & cap. grauen. de ſenten. excommun. cap. cum terra. de elect. cap. non minus. & cap. aduerſus. de Immunit. Eccleſ. cap. final. de Rebus Eccleſ. non alienan. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. cap. final. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & Authen. caſſa & irrita. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Idem decretũ ideo inualidũ, quia oppugnat Eccleſiaſticam libertatem.

Conſtat autem eſſe contrarium Eccleſiaſticæ libertati, eamque grauiter lædere ex pluribus.

Et primo, quoniam detrahit Eccleſijs, & pijs cauſis, & per-

perſonis Eccleſiaſticis de ſibi competentibus ex priuilegio dato, vel à Deo, vel à Romanis Pontificibus, vel ab Imperatoribus. Hoſtienſis in cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan. Innocentius in cap. nouerit. nu.2. verſ. *his igitur*. & ibidem Ioannes Andr. num. 1. de ſentent. excommunicat. Panormitanus in repetitione cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. nu. 27. vbi Felinus nu. 69. & Decius nu.6. Bartolus in l. filiusfamilias.§.Diui.il ſecondo. nu. 12. ff.de legat. 1. idem Bartolus in l.cunctos populos.nu.29.C.de ſumma Trinit. Baldus in l.priuilegia.nu.1.C.de ſacroſan.Eccleſ. Iacobus Butrigarius in Authen.Caſſa.verſ. *& ſi quaeratur*.C.eodem.Lucas de Penna in l.2.nu.5.C. de nauib. non excuſan.lib.11.Cagnolus in l.final.C.de pactis. num.186.Panormitanus conſil. 83. ante nu. 1. lib. 1. Bertrandus qui dicit communem conſil.50. nu.4. lib.1. par. 2. Ancharanus conſil. 61. nu.1. Natta conſil.280.num.2.lib.2. Ioannes Lupus tract.de libertate Eccleſiaſtica. par.2.quæſt 10 num.12.& 16.Lapus allegatione 92. nu. 2. in fine. Grammaticus deciſ. 100.nu. 13. Aegidius Boſſius tract. de Principe & priuilegijs eius. & communiter ſummarum collectores tum in verbo, *lex*. vbi Angelus de Clauaſio quæſt.5.& Silueſter nu.15. tum in verbo, *immunitas*. tum in verbo, *excommunicatio*. vbi Silueſter in verbo, *excommunicatio nono*. & Iulius Clarus, qui hanc vocat communem theoricam omnium Doctorum in pract. criminal. quæſt.77. nu. 28.

Notum eſt autem de iure Diuino,& iure humano Canonico,& Ciuili, Eccleſijs & Eccleſiaſticis perſonis liberam competere facultatem rerum dominia acquirendi,quæ priuilegia obſeruauit ſanctus Raymundus de Peniafort in ſumma de pœnitentia.lib.1.tit.de immunit.Eccleſ. & perſonarum Eccleſiaſticarum.§.3.verſ.*Et ſic habent priuilegia multa in acquirendo*.

Id decretum pugnat cum iure diuino, cuius vigore licet Eccleſijs acquirere rerum dominia.

Iure quidem Diuino, quia Deus (cuius intuitu donatur Eccleſijs,& qui rerum omnium verus eſt & proprius Dominus ex l.adeo.§.cum quis. ff. de acquiren. rerum dominio. & apud quem eſt verum dominium ſuper omnem creaturam, cum ſit creator omnium, vt explicat Petrus Cardinalis Bertrandus tract.de origine Iuriſdictionum quæſt.4.nu.13.) omnia in vſum hominum conceſſit.l.in pecudum. ff.de vſur. l. 2.

ff.de

ff.de ſtatu hominum.idem Bertrandus præcitato loco nu.17. verſ. *& ſic reſeruato*. & cum ab hac Dei liberali conceſſione Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ non reperiantur exceptæ, neceſſe eſt fateri,eas hoc quoque Dei beneficio ex diuina conceſſione & largitione proueniente,vti debere.

Iure etiam Canonico particulariter Eccleſiæ Eccleſiaſticæque perſonæ priuilegiatæ reperiuntur.cap.futuram Eccleſiam. & cap.videntes. 12. quæſt.1. vbi Vrbanus Papa valde idoneam rationem reddit, cur oportuerit Eccleſijs prædia donare, & ſemel donata inuiolabiliter retinere: quia videlicet plus vtilitatis conferri poterat fidelibus,ſi hæreditates & agros,quos prius vendebant, traderent ipſis Eccleſijs habendos,vt ex fructibus eorum fidelibus prouideretur,quam ſi ſolum pretium conſignarent. Item pugnat cum iure canonico.

De Iure Ciuili exploratum eſt,licere vnicuique relinquere Eccleſijs & Eccleſiaſticis perſonis quantum bonorum etiam immobilium optauerit. l.1. & l.generali. & l. iubemus. la ſeconda.& l.final. C.de ſacroſan. Eccleſ. quod adeo verum eſt, vt frequentia extent antiquitatis exempla,vnde conſtat inuitari ſolitos fideles ad dandum Eccleſijs, & Principes ſæculares latis legibus conſtituiſſe,vt collata æterna firmitate roborarentur: Nam omiſſis ceteris lib. 5. legum Vviſigothorum. tit.1. l.1. ſic conſtitutum extat: *Quæcunque res ſanctis Dei baſilicis,aut per principum, aut per quorumlibet fidelium cognationes collata reperiuntur, votiue ac potentialiter pro certo cenſemus, vt in earum iure, inreuocabili modo,legum æternitate firmentur*. Hæc ibi. Pugnat etiam cũ iure ciuili.

Secundo idem decretum eſt contra cultum Diuinum, & eius valde diminutiuum, & conſequenter inualidum, cum violet priuilegia Eccleſiaſtica,quæ principaliter fuerunt conceſſa in honorem,& reuerentiam ſummi Dei,fundata in primo & maximo præcepto iuris Diuini & humani, quod eſt religio circa Deum.l.2.ff.de Iuſtit.& Iure.& in Euangelio: *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua*.Bartolus in l.1.nu.10.C.de ſacroſan.Eccleſ. Idem decretũ eſt contra cultum diuinum.

Tertio violat Eccleſiaſticam libertatem, quia dat nouam formam contractibus ſuper Eccleſijs,& pia cauſa,Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap.perpendimus. de ſenten.excommunicat. col.15. nu.13. verſ. *Si ſine magna difficultate*. quem Violat præterea Eccleſiaſticam libertatẽ.

com-

communiter ſequuntur Canoniſtæ in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. vbi Decius nu. 253. quod procedit ſiue adimplementum ſolemnitatis ſit facile, ſiue difficile. Abbas & Antonius de Butrio ibidem.

Et in ſpecie quod in dominio Veneto non poſſint in Eccleſiaſticis condi ſtatuta, concludit Ambroſius de Opizonibus in dicto §. Diui. num. 95. vbi loquens de intellectu Bartoli ad l. ſi diuina domus. C. de exactor. tribut. lib. 10. qui falſo credidit appellatione diuinæ domus in legibus Imperialibus contineri Eccleſiam, dixit, quod ſi verum eſſet in Imperatore, verum etiam eſſet in Republica Veneta, quæ non recognoſcit Imperatorem, quod tamen negat, quia lex Imperatoris non præiudicat Eccleſiæ, niſi approbetur à Iure Canonico. cap. 1. diſtinct. 10. vbi Turrecremata, & notant Canoniſtæ communiter in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitur. & in Authen. Caſſa & irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ.

Lapſus Bartoli putantis appellatione diuinæ domus intelligi Eccleſiam.

Nec textus in dicta l. ſi diuina domus. C. de exactor. tribut. lib. 10. poteſt ſuffragari quatenus habet, quod ſi Diuina domus emerit res tributarias, & tributa non ſoluerit, res emptæ debeant ab ea auferri, & Communitati aſſignari.

Primo, quia appellatione diuinæ domus, non venit Eccleſia, ſed domus Imperatoris, vel Auguſtæ: ad quod Barnabas Briſſonius lib. 4. de verbor. ſignif. §. Diuina Auguſta: infraſcriptas leges allegat. l. 12. ff. ad S.C. Turpillianum. l. 4. C. de priuileg. domus Auguſtæ. lib. 11. l. 8. C. de exactorib. tribut. lib. 10. Rubr. vbi cauſæ fiſcales vel diuinæ domus. & inſcriptionem. l. vltimæ. C. de quadrien. præſcript. quibus addi poteſt inſignis textus in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. ibi: *Diuinas domos & venerabiles Eccleſias*. vbi dictio, *et*, quæ ponitur inter diuerſa, manifeſtam oſtendit differentiam inter diuinas domos, & Eccleſias, quam etiam non obſcure patefacit textus in Codice Theodoſiano lib. 15. tit. 3. de itinere muniendo. l. 6 ibi: *Domos etiam diuinas, ac venerandas Eccleſias*.

Diuinę domus nomine in legibus ciuilibus intelligitur domus Imperatoris, vel Imperatricis.

Secundo, quia antiqui, & recentiores Iuris Ciuilis interpretes ſic communiter intellexerunt, affirmantes appellatione diuinæ domus, venire domum priuatam Imperatoris, vel Imperatricis, Bulgarus & Pileus, vt refert gloſſa in dicta l. ſi diuina domus. Accurſius in dicta l. ad inſtructiones. in verbo,

bo, *diuinas*. vbi recte interpretatur, *diuinas*, ideſt, *noſtras, ſimiliter & Imperatricis*. Odofredus ibidem in verbo, *diuinas*. ideſt, Imperiales. Et Salycetus nu. 2. verſ. *Quæro quia copula*. vbi expreſſe affirmat, diuinam domum ſumi pro Imperiali. & Iacobus Rebuffus in dicta l. ſi diuina domus. Imperatoris domos intelligit: & in eam ſententiam allegat Antonium de Bartolis.

Tertio, textus in dicta l. ſi diuina domus. eſt Imperatorum Leonis & Anthemij, ſicut textus in l. iubemus. la 2. C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi ijdem Imperatores ea, quæ ad Eccleſiarum Iura pertinent, vel poſthac forte peruenerint, intacta iubent venerabiliter cuſtodiri, vnde non eſt veriſimile eoſdem Imperatores contraria diſpoſitione in l. ſi diuina domus. id priuilegium Eccleſijs auferre voluiſſe.

Quarto, contra Bartoli intellectum ſunt expreſſi Canones in cap. Bene quidem. 96. diſtinct. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. quibus probatur leges Imperiales diſponentes in præiudicium Eccleſiæ, non valere niſi ſint per Canones approbatæ.

Quinto, in eiſdem terminis eandem ſententiam contra Bartolum nominatim affirmauit Ambroſius de Opizonibus in dicto §. Diui. nu. 95. & Franciſcus de Auiles in expoſitione capitum ſeu legum Prætorum Regni Hiſpaniæ. cap. 17. in verbo, *buenas*. vbi ſacris Canonibus inhærendo, vere & copioſe probat huiuſmodi ſtatuta, & leges eſſe inualidas. & in verſ. *Sed ego contra Bartolum & ſequaces*. reprobata opinione Bartoli in dicta l. ſi diuina domus. profitetur non valere ſtatuta, nec leges Imperiales contra Ius Canonicum, niſi à Romano Pontifice fuerint confirmatæ, additq. eam confirmationem ſpecialem, & certam eſſe debere: Nam ſi Papa generaliter confirmaret omnia ſtatuta, nunquam intelligeretur confirmaſſe ſtatuta, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiæ, ex Baldo & Iaſone in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. & alijs quos ibi allegat.

Demum, licet Bartolus revera errauerit ex falſo intellectu textus in dicta l. ſi diuina domus. aſſerendo legem Imperialem prohibentem emere, comprehendere etiam Eccleſiam, non tamen errauit, cum ibidem dixit, ſtatutum Ciuitatis hoc

non poſſe conſtituere, quia eſſet contra libertatem Eccleſiarum, vt in Authen. Caſſa. C. de ſacroſan. Eccleſ. & dictum Bartoli ſequitur ibi Iacobus Rebuffus.nu.2.Conſtans ergo & firmum remanet,quod in dominio Veneto non eſt huiuſmodi poteſtas. Et licet in perſonis Clericorum aliqui tenuerint huiuſmodi ſtatutum valere, vt Barbatia conſil. 30. lib. 4. & Andreas Geyl. lib.2. Obſeruat. Obſeruatione 32. & fortaſſis alij,in Eccleſijs tamen & pijs cauſis nemo contradixit,& merito, quia ratio eſt magis ſtricta & fauorabilis, cum bona in Eccleſiam tranſlata, reuertantur ad Deum, à quo proceſſerunt,& fiant Sancta Sanctorum. Innocentius in cap. verum. nu.2.de foro competen.

Cum decretũ auferat Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis, quæ competũt de iure communi, ſimiliter eſt contra Eccleſiæ libertatem.

Quarto,ſtatutum eſſe contra Eccleſiaſticam libertatem, illud etiam arguit,quoniam aufert Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis quod alias de Iure communi eis eſt conceſſum. Authen. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi id dicitur eſſe contra Eccleſiæ libertatem, quod fit contra Canonicas & temporales ſanctiones. quod apertius probat textus in cap. final.de immunit. Eccleſ. lib.6. vbi Bonifacius VIII. in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ eſſe declarauit, ſtatuta laicorum prohibentia ſubditis ſuis,ne Prælatis,aut Clericis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem. Cum enim iſti contractus emptionis & venditionis liciti ſint de Iure communi,& vnicuique permiſſi, ſicut etiam permiſſum eſt, vt homines alia obſequia mutuo ſibi exhibeant,grauiter læditur Eccleſiaſtica libertas, cum iſta perſonis Eccleſiaſticis interdicuntur. Et tanto grauius eſt grauamen,& præiudicium Ordini Clericali illatum, quanto difficilius tolluntur,quæ Iure communi competunt, quam quæ Iure ſpeciali. Authen.de non alienan.reb. Eccleſ. §.quia non veriſimile.l.eius milites.§.militia miſſus. ff.de milit.teſta. Qua ratione motus hanc ſententiam tenuit Felinus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 69. verſ. *tertia fuit opinio*. de Conſtitut. vbi Decius nu. 7. verſ. *ſecundo quando auferuntur ea*. poſt Antonium de Butrio, conſulto dixit, magis eſſe contra Eccleſiaſticam libertatem ea, quæ tollunt Iuris communis beneficium,quam quæ priuilegium auferunt. Baldus conſil. 300.incip.*ſtatuto cauetur*.nu.4.lib.1.Socinus conſil.56. nu.2.lib.

1.Al-

1. Alciatus conſil. 30.incip. *verbis ſtatuti*.nu.6.lib.2.& alios pro hac ſententia allegat Couarruuias in regula, poſſeſſor. par.2. §.4.nu.8.verſ. *ex quæ conſtitutione.* vbi expendit textum in dicto cap. final. de immunit. Eccleſ. lib. 6. Euerardus conſil. 239. incip. *vltra longe lateq. deducta*. nu.18. Matthæus de Afflictis in Conſtitution. Neapolit. Rubr.21.de ſucceſſione in feud. nu.4. Iaſon in l. filiusfamilias. §.Diui. in prima lectura. nu.74.ff.de legat.1. Petrus Peckius tract.de amortizatione. cap. 6. nu. 1. Grammaticus deciſ.100. nu.13. Seraphinus tract. de priuilegijs iuramenti.priuilegio.77. nu.23. Iacobus Mandellus conſil.8. nu.3. quorum doctrina ſacris Romanorum Pontificum Conſtitutionibus eſt conformis: Nam Cæleſtinus III. in cap. cum terra.de electìon.in perniciem & grauamen Eccleſiaſticæ libertatis eſſe dixit,electionem contra ordinem & diſpoſitionem Iuris communis celebratam: ſimiliter Alexander 4. in cap.1.de immunit.Eccleſ.lib.6 grauiter arguit Magiſtratus ſæculares, qui libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam lædere,ac minuere molientes, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas coarctare nitebantur,vt ratione bonorum, quæ acquiſiuerant,tributa perſoluerent,vel bona acquiſita extra manum ſuam ponerent. Iſta enim expreſſe ſunt contra Iuris communis regulas,& receptas diſpoſitiones:quamobrem ſic ſtatuentes ipſo iure ſunt excommunicati,dicto cap.final.de immunit.Eccleſ.lib.6. vbi notant communiter Canoniſtæ. Ioannes Andr.nu.3.Ancharanus nu.1.Philippus Francus ante nu. 1. & Geminianus nu. 4. quam excommunicationis ſententiã contra talia ſtatuta edentes,iam antea tulerat Honorius IV. in cap.nouerit.§.item excommunicamus.& in cap. grauem. de ſenten.excommunicat.

Conſtat autem,vt ſupra etiam deductum fuit,Clericis competere de Iure communi, vt libere poſſint ſicut ceteri homines vendere,aut emere; ad quos actus nemo inuitus cogitur. l.nec emere. C.de iure deliberan.& nemo inuitus compellitur ad contrahendum.l.dudum.vbi notat Igneus. C. de contrahen.empt. imo inhumanum eſt,quod inuitus quiſquam rem ſuam vendere teneatur, contractus enim non à neceſſitate, ſed à libera voluntate procedere debent.l.ſicut.C.de action.& obligat.cap.1.& cap.final.de immunit.Eccleſ.lib.6.quatenus

ibi prohibetur laicis,ne compellant Eccleſiaſticos ad diſtrahendum,vel alienandū inuitos, & ne laicis prohibeant emere ab Eccleſiaſticis,aut illis quicquam vendere;vnde Matthæus de Afflictis tract. de iure prothomiſeos. §.9. nu. 15. de ſimili ſtatuto agens,affirmauit,eſſe contra libertatem Eccleſiaſticā, ex quo per illud Eccleſiaſtici coguntur rem ſuam vendere, quam tamen ex forma Iuris communis poterunt retinere.

Cum autem hoc decretum Venetorum expreſſe prohibeat laicis ſibi ſubditis, ne titulo venditionis, aut alio quocunque bona immobilia in Eccleſiaſticos alienent, vel transferant, contra quam vigore iuris communis fieri conceditur,expreſſe & clare deprehenditur eſſe in perniciem, & detrimentum Eccleſiaſticæ libertatis.

Decretum eſt etiam contra Eccleſiæ libertatem: cū reddat Eccleſiaſticos timidiores.

Quinto,cum eiuſdem decreti vigore,& pœnis in eo contentis, Eccleſiaſtici reddantur timidiores ad emendum immobilia, vel alio quocunque titulo illa acquirenda, imo ea diſtrahere compellantur, protinus infertur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam ex doctrina Bartoli communiter recepta in Authen.caſſa & irrita. C. de ſacroſan.Eccleſ. Nam illa ſtatuta dicuntur etiam eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, quibus Eccleſiaſtici efficiuntur timidiores ad faciendum ea, quæ alias libere facere poſſent.Bartolus in dicta Authen. caſſa & irrita. nu.5. C.de ſacroſan. Eccleſ. idem Bartolus & Angelus in l. 1. §.quæ onerandæ.ff. quarum rerum actio non datur.Baldus & Angelus in l. 1. ff. de in ius vocando. Panormitanus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ.nu.28. & Felinus num. 69. verſ. *ſecunda fuit opinio*. & Decius num. 11. & Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap. perpendimus. nu.13. de ſenten. excommunicat. Panormitanus conſil. 83. num. 1. lib. 1. & Ancharanus in repetitione cap. canonum ſtatuta. num. 162. de Conſtitut. Bartholomæus Cepolla conſil. 15. num. 5. verſ. *Item quod illud*. in criminalibus. Socinus conſil. 122.nu.5. in fine. lib.1. Marianus Socinus in cap. ſi Clericus. num. 11. de foro competen. Barbatia conſil. 31. incip. *omnia quæcunque facitis*. nu. 1. verſ. *ſubdit poſtea Bartolus*. lib.4. Ambroſius de Opizonibus in dicto §.Diui.nu.90.Iacobus Mandellus conſil.8. num. 3. & Ioannes Petrus Surdus conſil.2. num.25. lib. 1.

Sexto,

Sexto, idem ſuadetur ex eo quod ſtatuentes diſponendo de rebus Eccleſiaſticis proceſſerunt per modum auctoritatis, ſuperioritatis, & Imperij, præcipiendo laicis, ne in Eccleſiaſticos aliquo titulo immobilia alienare audeant, nec illis relinquere in perpetuum per vltimam voluntatem, imo quod ſic in perpetuum Eccleſiaſticis relicta, tranſacto biennio, diſtrahere teneantur: notum eſt enim ſtatutum, decretum, ſiue præceptũ laicorum, diſponens aliquo modo de rebus Eccleſiaſticis per modum auctoritatis, eſſe contra Eccleſiaſticam libertatem: quoniam laici de rebus Eccleſiaſticis nihil diſponere poſſunt, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. cap. bene quidem. 96. diſtinct. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. cap. cum laicis. de rebus Eccleſ. non alienan. vbi id notant communiter Canoniſtæ, & Lapus allegatione. 92. nu. 7. & Zabarella in dicto cap. perpendimus. nu. 13. verſ. *Quæro circa hæc.* Vbi præter hæc Iura, pro hac parte allegat textum in cap. quoniam. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & in cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. eodem libro. quam etiam opinionem ſequitur Andreas Barbatia conſil. 31. num. 2. lib. 4. Item quia diſponit per modum auctoritatis, & imperij.

Septimo, cum hoc decretum auferat Eccleſiaſticis diſpoſitionem, & liberam facultatem, & adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum, de quibus nec Imperator debet ſe intromittere, dicto cap. bene quidem. & cap. ſi Imperator. 96. diſtinct. & cap. cum laicis. de rebus Eccleſ. nõ alienan. & cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. conſequenter eſt contra Eccleſiaſticam libertatem. Gaſpar Calderinus conſil. 12. inter conſilia Ancharani nu. 3. Alexander conſil. 17. num. 15. lib. 4. per textum in dicto cap. cum terra. de elect. Vnde Bellonus conſil. 43. nu. 1. & 2. affirmauit, contra libertatem Eccleſiaſticam eſſe ſtatutum diſponẽs de rebus Eccleſiæ tollendis, vel non libere vtendis. Et corroboratur ex doctrina Lapi allegatione. 92. nu. 6. in fine. & Franciſci Cardinalis Zabarellæ in dicto cap. perpendimus. nu. 12. verſ. *tertium eſt priuilegium.* affirmantium tale ſtatutum eſſe contra priuilegium conceſſum Eccleſiaſticis à Deo, videlicet quod rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem ipſi habeant, & non laici. quod optime probat textus Vrbani Papæ in cap. vidẽtes. 12. quæſt. Idem decretũ eſt contra Eccleſię immunitatem: quia aufert liberã adminiſtrationẽ rerum Eccleſię

1. vbi res Eccleſiæ in poteſtate Epiſcoporum conſtituuntur, vt ipſi fideliter eas diſpenſent.

AGgrediendo iam ſecundum confutationis caput iuxta ordinem ſupra conſtitutum, oſtendendum eſt, ſingulas decreti partes in eiuſdem Eccleſiæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & totius Reipub. Chriſtianæ intolerabile præiudicium, & offenſam redundare.

Cum decretũ prohibeat liberam diſpoſitionem ad fauorẽ piæ cauſæ, grauiter lædit Eccleſię immunitatem.

Prima enim prohibet omnem liberam hominum diſpoſitionem ad pias cauſas, quod eſt intolerabile nedum propter rationes ſupra in genere deductas, atque probatas, ſed ſpecifice & ſingulariter propter peculiarem conſiderationem piæ cauſæ, quam decreti conditor expreſſe & explicite in eodem decreto deſignauit, contra quam diſponere, excedit quamcunque poteſtatem, vt poſt Panormitanum & alios docuit Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 253. verſ. *Et idem in iſto caſu*. de Conſtitut. vbi cum dixiſſet, quod licet propter fauorem filiorum ſuſtineretur ſtatutum, quod mulier habens filias non poſſit diſponere, niſi de decem pro centenario, licet diſpoſitio in Eccleſiam conferatur, addit alias forte ſecus in diſpoſitione facta pro anima, ſiue ad pias cauſas, ex eo quod de pia cauſa notauit Zabarella in cap. perpendimus. nu. 13. verſ. *his attentis*. de ſenten. excommun. & Ioannes de Anania conſil. 57. incip. *Viſis & conſideratis*. Vbi concludit laicos non habere poteſtatem ſtatuendi circa vltimas voluntates, ſi fiant ad pias cauſas. quare non valet ſtatutum, nec circa acquiſita, nec etiam circa acquirenda. Ambroſius de Opizonibus in l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 78. & 79. ff. de legat. 1. iuxta dictum diuini Pauli ad Galatas. cap. 5. *Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege*. Id quod leges etiam Ciuiles cognouerunt abſolute cõcedentes tam inter viuos, quam cauſa mortis Eccleſijs & pijs locis donari & legari poſſe. l. generali. & l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccleſ. vnde Ancharanus conſil. 155. nu. 6. affirmauit, non poſſe reſtringi facultatem laicorum, ne poſſint donare, & relinquere Eccleſijs ſicut placuerit laicis. Statutum vero quod impedit pias cauſas, non valere, expreſſe cenſuit Paulus de Caſtro conſil. 89. incip. *Poſſet quis dicere*. lib. 2. Quibus accedit, quia de pijs cauſis iudi-

dicandum eſt ſecundum Iura Canonica. cap. cum eſſes. & cap. relatum.de teſtamen. nec attenduntur ſolemnitates iuris Ciuilis. Abbas in cap. quod Clericis.nu.16. de foro competenti. & Ludouicus Bologninus in notis ad dictum conſilium Ioannis de Anania.57.

Secunda decreti particula, dum infra certum tẽpus compellere nititur Eccleſias ad dimittendum,& alienandum acquiſita, ſimiliter eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, vnde ſimile ſtatutum nullum & inualidum eſſe dixerunt, ſpecultor tit.de locato.§.nunc aliqua.nu. 142. verſ. *Centeſimo decimoſexto.* in fine.& Archidiaconus in cap.Romana.in verbo. *Conſuetudine.* de appellat.lib. 6.vbi affirmauit, non valere conſuetudinem, vel ſtatutum quod Eccleſia ſibi rem in teſtamento relictam teneatur alienare intra annum, vel aliud ſimile: pro quo allegat Canones in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut. & in cap. cum laicis. de rebus Eccleſ. non alienan. vnde perperam pro contraria ſententia allegauit Archidiaconum Lucas de Penna in l. iubemus. num. 4 C. de nauibus non excuſandis. lib. 11. & Petrus Peckius tract. de amortizatione bonorum. cap. 6. circa finem. verſ. *Aduerte tamen*. quinimo hanc eandem decreti partem condemnauit Alexander IV. tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. his verbis: *Nec etiam liceat illis*, ſcilicet magiſtratibus ſæcularibus *ipſas Eccleſias, vel perſonas ad diſtrahendum vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare*. Hæc ibi. Quod expreſſe eſſe contra Eccleſiaſticam libertatem notauerunt Ioannes Andr. in cap.final. num.2.de immunit. Eccleſ. lib. 6. & Abbas in cap. relatum. nu.5. de teſtamen.& Ancharanus conſil. 61.num. 2. & conſil. 155. num. 6.

Decretum cogens Eccleſias ad dimittendũ acquiſita infra certũ tempus, eſt contrarium Eccleſiæ libertati.

Tertia grauiter lædit Eccleſiaſticam immunitatem, quia priuat quaſcunque perſonas actiua teſtamenti factione, ne poſſint quocunque titulo Eccleſijs, & pijs cauſis relinquere, vel donare: & vice verſa priuat Eccleſias, & pias cauſas paſſiua, ne poſſint acquirere, vel acquiſita retinere: quod repugnat innatæ illi, & propriæ libertati Eccleſiæ, quæ conſiſtit in libere agere, & in libere pati, & in libere non agere: vt ex

Idẽ oppugnat Eccleſiæ immunitatem: quia perſonas donare volentes priuat actiua teſtamenti factione, Eccleſias vero paſſiua.

Baldo

Baldo docuit Ioannes Baptiſta de Sancto Seuerino in repetitione. l. omnes populi.nu. 98.verſ. *Quare Baldus*. ff.de Iuſtit. & Iur. qui paulo antea num. 96. verſ. *Et propterea*. monuerat Baldi repetitionem,quam allegat in l.cunctos populos.C.de Summa Trinit. in lecturis communiter non haberi. de qua libertate eſt textus in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. ibi: *Vt Eccleſiæ ipſæ in plenitudine iuris ſui, & libertatis integritate lætentur*. Hæc autem plenitudo iuris libertatis conſiſtit in eo, vt nulli ſit neceſsitati ſubiecta, nulliſque iuris publici regulis limitata. Baldus in l. 2. nu. 45. C. de ſeruitut. & aqua. vbi tribus modis docuit contingere libertatem, tum cum quis non cogitur. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. tum cum quis non corrigitur. l. fideicommiſſo. §. quamquam. ff. de legat. 3. tum etiam cum quis æqua legis libertate fertur. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. & §. principaliter. ff. de arbitr. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Et propterea huiuſmodi decreta Bonifacius VIII. condemnauit in cap. final. de immunit. Eccleſ. lib. 6. de cuius intellectu paulo poſt dicemus. & hæc eſt revera doctrina Bartoli in dicto §. Diui. nu. 12. quam Doctores cõmuniter ſequuntur, vt late ſupra oſtenſum fuit, quibus nunc adduntur Gregorius Lopez in legibus ſeptipartitis, partita. 1. tit. 6. l. 55. in gloſſ. in verbo, *el Rey*. & Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamenti. & Matienzus in l. 11. gloſ. 5. nu. 5. tit. 10. lib. 5. nouæ recopilationis.

Obligatio ad petendã licentiam, violat Eccleſiæ libertatem.

Quarta, dum pro iſtis requirit Senatus Veneti, tamquam Principis, & in his rebus ſuperioris licentiam, aperte eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, cum Magiſtratus laici nullam de Eccleſijs, & earum rebus diſponendi habeant facultatem. cap. bene quidem. 96. diſtin. cap. cũ laicis. de rebus Eccleſ. non alienan. dare enim licentiam, & poteſtatem, nihil aliud eſt quam exercere Iuriſdictionem. Bartolus in l. alio hærede. nu. 8. verſ. *Procedo vlterius*. ff. de aliment. & cibar. legat. notatur in cap. final. in fine. 1. quæſt. 5. quod cum ſit grauiſsimum ſeruitutis onus, non eſt Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis imponendum.

Pœna in eodẽ decreto adiecta grauiſſime lædit Eccleſiæ immunitatem.

Per quintam decreti particulam, qua in eodem decreto cauetur, vt in caſu contrauentionis bona Eccleſijs relicta, aut quouis modo in eas tranſlata, auferãtur, & vendantur, & pretium

tium diuidatur inter Rempub. Magiſtratum, executorem, miniſtros, & denunciatorem, Eccleſiæ immunitas violenter oppugnatur, imo expugnatur, & extinguitur, & quaſi tunica Domini inconſutilis ſortito diuiditur, dum pœna imponitur, & contra venerabiles Eccleſias executioni demandatur, & dominium acquiſitum Eccleſijs, ab eis inſolito modo abdicatur. Lapus allegat. 92. nu. 8. vbi ſimiliter expendit cuiuſdam laicæ reformationis partes, quæ Eccleſiaſtica Iura violabant.

Sexta demum, & vltima decreti particula grauiſsime lædit Eccleſiaſticam libertatem, dum per Magiſtratus, & Rectores Ciuitatum decretum obſeruari mandat: ſi enim ſtatuere ſimpliciter, & decernere hunc producit violentum effectum, multo magis violentiam auget ſpecialiter ſtatuere, quod ſeruetur: eſt enim cumulare malum malo, imo fortius eſt dare obſeruatores legis, quam ipſas leges facere, ſicut in terminis ponderauit ſimile ſtatutum Lapus allegat. 92. nu. 8. verſ. *Quantum autem ad quartam partem.*

Dum per magiſtratus decretum obſeruari iubetur, grauiter Eccleſiæ immunitas violatur.

Ex his tanto rationum pondere firmatis conſtat, catholicos Imperatores, in quibus eſt Federicus eius nominis ſecundus, in Conſtitutione relata lib. 2. feudorum. tit. de ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ editis, merito ſimilia ſtatuta, errores, & eorum conditores infideles, & iniuſtos, & iniquos appellaſſe.

In vetuſto Regeſto manuſcripto Nicolai Cardinalis de Aragonia, cuius venerabilis eſt auctoritas, fol. 126. eiuſdem Federici ſecundi conſtitutio recenſetur, edita in Caſtro apud Sanctum Leonem anno Domini. M. CC. XX. indictione. ix. viij. Kal. Octob. vbi ſimilia ſtatuta reuocando, de hæreticæ prauitatis radice emanare pronunciauit in hæc verba: *Cum ad aures celſitudinis noſtræ peruenerit, nonnullos veſtrum, cupidine cæca ſeductos, quædam deteſtanda edidiſſe ſtatuta præiudicantia Eccleſiæ libertati, ac diuino & humano Iuri obuiantia manifeſte, nos ea tamquam de radice prauitatis hæreticæ prouenientia, auctoritate præſentium caſſamus, ſub pœna mille marcharum diſtrictius inhibentes, ne quis veſtrum illis de cætero inhærere præſumat, aut eorum prætextu Eccleſias, & Eccleſiaſticos viros contra ſanctiones Canonicas, & legitimas moleſtare: quinimo ea de veſtris Capitularibus ſeu Breuiario tamquam iuſto iudicio con-*

Statuta præiudicantia Eccleſiæ libertati, de hæreticæ prauitatis radice proueniunt.

demnata penitus abolentes, Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas permittatis, indulta ſibi libertate gaudere, ſi vultis pœnam effugere pranotatam, & indignationem Regiam euitare. Hactenus Federicus.

SVpereſt tertium confutationis caput, quod iuxta ſeriem initio indicatam, in detegendis Conſulentium erroribus verſatur: facilioris autem doctrinæ gratia, in quinque ordines diſtinguetur, quoniam Conſulentes quinque argumentorum generibus vſi videntur:

Primo, auctoritate ſacrarum Scripturarum.
Secundo, legibus ciuilibus Iuriſconſultorum, & Imperatorum.
Tertio, Doctorum dictis, & opinionibus.
Quarto, rationibus, & argumentis.
Quinto & poſtremo loco, exemplis.

QVod attinet ad primum ordinem: Peregrinus probaturus (vt arbitratur falſo tamen) inſtitutũ, quod ſibi propoſuerat, diuino teſtimonio, initio præmittit Principes ſæculi, Deo auctore, poteſtatem habere leges condendi pro bono ſtatus ſui regimine, & conſequenter afficere poſſe perſonas & res Regni ſtatuſque ſui: mox vero profert diuinum teſtimonium de lib. 1. Regum. cap. 8. vbi de Iure legitimi Regis agi exiſtimat. Cæterum in vtroque dolus latet, & fallacia à nobis merito detegenda.

Principes ſæculi leges condere poſſunt, laicos non Eccleſias, aut Clericos obligãtes.

Habent quidem Principes ius condendi leges, quibus ſubditi, qui ſub eorum ſunt dominatu & iuriſdictione, obedire teneantur. l. cum quædam. vbi communiter Doctores. ff. de iuriſdictione omnium iudic. Clerici tamen ſubditi ſunt maiori Eccleſiaſticæ poteſtati, cap. ſolitæ. vbi communiter Canoniſtæ. de maior. & obedien. non autem Principibus terrenis, nec legibus ipſorum, quæ cum à conditoribus vires ſumant. l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudi. cap. à nobis. il 1. de ſentent. excommunic. vbi Abbas nu. 4. cap. vt animarum. de Conſtit. lib. 6. cap. nouit. de offic. delegat. & tradunt communiter Doctores in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. vbi Cynus nu. 7. & in

& in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. non ligant Clericos, vnde Bartolus conſil. 187. nu. 1. lib. 1. dixit propter hanc rationem, ſtatuta laicorum non comprehendere Eccleſiaſticos. quod nos etiam ſupra ex ſancto Thoma, & alijs explicuimus. tenentur nihilominus Clerici Principes honorare, iuxta illud diuini Petri epiſtola 1. cap. 2. *Regem honorificate*. pro quibus etiam continuas preces ad Deum fundere debent, & omnia fauſta & fœlicia illis precari, vt in pace & tranquillitate populos ſubiectos conſeruent, & æqua lance, iuſtitiam omnibus adminiſtrent.

Dum autem ad probandam ſupremam poteſtatem, quã habent Reges & ſupremi Principes terræ ſuper perſonas & res ſubditorum ſuorum, vtitur teſtimonio deſumpto ex lib. 1. Regum cap. 8. lapſu præcipiti labitur, inſigni errore ducitur, contrario ſenſu, diuino abutitur teſtimonio, iniuriam irrogat ipſi Deo, & ſancto Prophetæ Samueli, qui diuerſo plane intellectu, ad deterrendum populum Iſraeliticum, ne Regem peteret, non legitimi, ſed impie & tyrannice regnantis iura demonſtrauit, cum dixit: *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis: facietq. ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum. Et conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque veſtros & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit, vosq. eritis ei ſerui.*

Grauiſſime errat Conſulens dum diuinum teſtimonium prolatum de tyrannice regnante, traducit ad legitime regnaturos.

Hæc enim non de moderato & iuſto Rege, ſed de improbe regnante diuinitus fuiſſe prolata, intellexerunt olim ante mille annos Iudæi in lege periti, & poſtea Doctores ſancti in lege Chriſtiana, & Doctores etiam Chriſtiani ex iudaiſmo conuerſi: Nam vt ceteros miſſos faciamus, Ioſephus ſcriptor antiquiſſimus, natione & religione Iudæus lib. 6. cap. 4. antiquitatum Iudaicarum, ait, eo tempore, quo populus Iſraeliticus à Samuele petebat importune Regem, Deum Samueli apparuiſſe, eique iuſſiſſe, vt conuocatis Iudæis diceret, Deum daturum eis Regem, ſed in primis narrare eis deberet, quæ

Digitized by Google

mala eſſent paſſuri ſub Regibus, & quibus forent affictionibus atterendi.

Venerabilis Beda lib. 2. allegoricæ expoſitionis in Samuelem cap. 1. ſuper illis verbis: *Hoc erit ius Regis*. eundem ſanum ſcripturæ ſenſum docuit his verbis: *Non qualis eſſe debeat moderatus ac iuſtus Imperator, exponit, cuius & in pleriſque ſcriptura ſancta locis, & maxime in Deuteronomio perfectio docetur: ſed potius Rector improbus, à quo auſteritate ſubiectos ſit oppreſſurus, intimat, vt per hac populum à pertinaci illius petitione reuocet*. Hæc ille.

Sanctus quoque Thomas certus veritatis magiſter. 1. 2. quæſt. 105. artic. 1. ad 5. argumentum, eundem locum in eodem ſenſu interpretatur in hæc verba: *Illud ius non debebatur Regi ex inſtitutione Diuina, ſed magis pranunciabatur vſurpatio Regum, qui ſibi ius iniquum conſtituunt in tyrannidem degenerantes, & ſubditos depradantes. Et hoc patet per hoc, quod in fine ſubdit: voſq. eritis ei ſerui. quod proprie pertinet ad tyrannidem: quia tyranni ſuis ſubditis principantur vt ſeruis. Vnde hoc dicebat Samuel ad terrendos eos ne Regem peterent*. Hactenus ſanctus Thomas.

Paulus etiam Burgenſis magnus primum Rabinus, deinde Doctor Chriſtianus inſignis in additione ad Nicolaum de Lyra lib. 1. Regum. cap. 8. cum prius docuiſſet, peccauiſſe filios Iſrael petendo Regem, qualem aliæ habebant gentes, ſuper illis verbis: *voſq. eritis ei ſerui*. ſubdit, id eſſe proprium tyrannorum, & Samuelem iura Regni tyrannici eis explicaſſe.

Suprâdictis ſubſcripſit Thomas Cardinalis Caietanus lib. 1. Regum cap. 8. dicens, non eſſe ſenſum prædictorum verborum, *quod infraſcripta ſint iuris, ſed iuris Regis: hoc eſt, erunt iuris, quia Rex volet eſſe ius*.

Demum Alphonſus Toſtadus Epiſcopus Abulenſis eodem loco quæſt. 19. & 20. cum ſupradictis Doctoribus ſentiens, vere reprehendit Nicolaum de Lyra putantem, omnia ibi contenta eſſe de iure Regis in neceſſitate poſiti, quia nulla neceſſitas Regis eſſe poteſt, propter quam licitum ſit ei, reducere ſubditos ſuos in ſeruitutem, eſt enim iſtius Nicolai opinio in hac re falſa & periculoſa, præſtatq. Principibus incentiuum rapinæ, & tyrannidis.

Hæc animaduertiſſe oportuit, ne prætextu diuinorum teſtimoniorum perperam intellectorum, inducantur Principes

ad ea

ad ea facienda, quæ non eis permiſſa, ſed expreſſe ſunt prohibita, vt patet apud Ezechielem cap.46. ibi: *& non accipiet Princeps*. & apud Deuteronomium cap.17. ibi: *cumque fuerit conſtitutus Rex, non multiplicabit ſibi equos &c.*

IN ſecundo ordine argumentorũ, quo Conſulentes vtuntur, diuerſos recenſent articulos de reſponſis Iuriſconſultorum, & reſcriptis Imperatorũ in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædior. & in l. ſi in emptione. §. omnium. ff. de contrahen. empt. & in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitation, & in l. an in totum. C. de ædific. priuat. & in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in l. 1. & in l. illud. & in l. vt inter diuinum. C. de ſacroſan. Eccleſ. quibus nituntur excludere priuilegia Clericorum.

Quibus generaliter reſponderi poteſt: ex regulis deſumptis ex prædictis legibus, & quibuſcunque alijs conditis ſola auctoritate Principum ſæcularium, non poſſe conſtitui ius aliquod vniuerſale certum, & firmum in præiudicium Eccleſiæ, rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, cum ius ex regula non ſumatur. l. 1. & ibi communiter Doctores. ff. de regul. iuris. Reſponſio generalis ad leges ciuiles minus candide à Conſulentibus inductas contra Eccleſiæ immunitatem.

Et licet ſacri Canones ſæpe Principum conſtitutionibus adiuuentur cap. 1. de noui oper. nunciat. & in cauſis Eccleſiaſticis leges liceat allegare: id tamen locum habet, ſi Canonibus non contradicant, & Eccleſia eis vtatur. Præpoſitus & Geminianus in cap. bene quidem. 96. diſtinct. gloſ. in dicto cap. 1. in verbo: *adiuuantur*. & ibi communiter Doctores, de noui oper. nuntiat. alias autem conſiderato Eccleſiaſticæ libertatis præiudicio, non eſt locus legibus Principum ſæcularium in foro Eccleſiaſtico cap. 1. diſtinct. 10. vbi gloſ. in verbo: *Eccleſiam*. notat Eccleſiam non adſtringi legibus mundanis per textum in cap. inter hæc. 33. quæſt. 2. leges enim Principum ſæcularium ſacris Canonibus contradicentes, reſpuendæ ſunt, quas iura Canonica condemnarunt cap. nouerit. & cap. grauem. de ſenten. excommunicat. cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan. & cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. vnde Baldus in Authen. Statuimus. in principio. C. de Epiſcopis, & Clericis. loquendo de priuilegio fori Clericalis, recte pronun-

nunciauit, omnia Iura vetera, quæ contrarium permittebant, eſſe correcta.

Reſponſio particularis ad ſingulas leges.

Et quamquam hæc ſufficere viderentur, vt ſatisfactum & reſponſum huic argumento videri poſſet, adhuc tamen ſingulis viſum eſt ſingulariter reſpondere.

Ad textum ergo in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædior. Reſpondetur ibi approbari regulam, vt quod noſtrum eſt, à nobis ſine facto noſtro auferri non poſſit: & exceptionem firmari, niſi conſuetudo ſit in contrarium: quare ibidem notatur per conſuetudinē vel ſtatutum poſſe quempiam cogi ad vendendum res ſuas: Vnde Conſulentes inferre nituntur, Eccleſiam ſtatuto poſſe conſtringi ad diſtrahendum bona immobilia, & conſequenter valere decretū, quod ipſi defendendum ſuſceperunt: Sed falluntur, & illatio eſt longe petita, tum quia ibi Iuriſconſultus loquitur de ſtatuto valido, condito ſcilicet ab habente poteſtatē, quale non eſt decretum laicorum de quo agitur reſpectu Eccleſiarum, & rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, vt ſupra copioſe probatum fuit: tum quia illud dictum intelligitur de ſtatuto generali, non autem ſi fieret ſpecialiter contra aliquos, vt ibi notat Bartolus, & late Felinus in cap. cum omnes. de Conſtitut. Cum igitur decretum hoc ſpecialiter ſit conceptum contra Eccleſias, & pias cauſas, & in odium ordinis Clericalis, non poteſt defendi doctrina, vel limitatione deducta ex dicto §. conſtat. imo vero remanet firma & conſtans regula, vt non poſſint laici auferre ab Eccleſia, ſine facto Eccleſiæ, res & bona quocunque Iure ad Eccleſias pertinentia.

Ad textum in l. an in totum. C. de ædific. priuator. reſpondetur nihil inde inferri poſſe ad hoc decretum tuendū, ſi enim ruinoſa domus totaliter deſtrui debet, vel refici, de quo Præſes cogniturus eſt, & iuxta conſuetudinem exequi quod oportet, nihil officit Eccleſiæ, cuius res non ſubijciuntur Præſidum ſæcularium iudicio, vel cognitioni.

Ad textum in l. ſi in emptione. §. omnium. ff de contrahen. empt. quatenus dicit omnia, quæ poſſunt haberi & poſſideri poſſe vendi, ſecus ſi non poſſunt haberi & poſſideri, quia earum nulla eſt vēditio, cum moribus ciuitatis induci poſſit, vt nulla ſit aliquarum rerum venditio. Reſpondetur veram

eſſe

eſſe propoſitionem,ſed falſam illationem argumento illius. §. collectam, videlicet moribus ac ſtatuto ciuitatis induci poſſe, vt aliquarum rerum venditio facta Clericis ſit nulla, quoniam deficit poteſtas, vt ſupra late oſtenſum fuit: imo ex hoc.§.poteſt decreti iniquitas comprobari,cum præcipiat res Eccleſiæ acquiſitas,vendi contra Ius gentium, quo inductũ eſt ſacra,& religioſa loca vendi non poſſe, vt ibidem notat gloſſa in verbo. *gentium*. Iura autem & bona Eccleſiarum effecta ſunt Sancta Sanctorum domino, & ad Ius pertinent ſacerdotum.cap. nulli liceat. & cap. prædia. 12. quæſt.2.vbi expreſſe condemnantur, qui prædia & bona diuinis vſibus tradita, humanis vſibus applicant, & domino, cui tradita ſunt,ſubtrahunt,vt ſibi inſeruiant.

Ad textum in l.de pollicitationibus.ff.de pollicitation. vbi approbatur iudicum prohibitio facta Ruffino, ne diſtraheret fundum,quem in territorio Gauiniorum habebat:Reſpõdetur ad ſummum hoc inde colligi,ex cauſa laicos prohibere poſſe laicis, & Eccleſiaſticos Eccleſiaſticis: ſed non eſt intelligendum id fieri poſſe reſpectu Clericorum per Iudices laicos, quia reſpectu Clericorum Magiſtratus ſæculares priuatam habent auctoritatem, nullam autem poteſtatem imperandi,nec debent ſe ingerere in rebus Eccleſiaſticis cap.decernimus. vbi notant omnes de Iudic. vbi ſignanter Decius nu.165. & Antonius Burgos num.8.dixerunt laicos iſtius Iuriſdictionis eſſe incapaces: repugnat enim qualitas laicalis, quominus ſpiritualia tractare poſſint.

Ad textum in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ad alios ſimiles, quibus cauetur Clericos ad quædam onera cum laicis contribuere debere, paulo poſt competenti loco reſpondetur.

Ad illud quod deducitur ex.l.1.& ex l.illud.& ex.l.vt inter diuinum. C. de ſacroſan. Eccleſ. videlicet nulla ibi contineri priuilegia Eccleſiaſticis conceſſa,quibus huiuſmodi decretũ contraueniat, cum in l. 1. non vigore priuilegij concedatur vnicuique facultas relinquendi Eccleſijs quantum optauerit, & in l.illud. priuilegium quod conceditur de validitate donationis etiam abſque inſinuatione,non comprehendatur in hoc decreto: Nec minus quod ſine traditione dominium

nium in Eccleſias transferatur, quod priuilegium in dicta l.vt inter diuinum. Eccleſijs conceditur: Reſpondetur ex eodem Conſulente, qui hoc fundamento vtitur, quod cum ante Conſtantinum illius legis conditorem, nemo poſſet Collegijs illicitis valide aliquid relinquere. l.cum ſenatus. ff.de reb. dub. & l.1.C.de Iudæis. & inter collegia illicita Imperatores tunc Gentiles Eccleſias Chriſtianorum, eorumque collectionem tanquam ſectam hominum pernicioſam computarent, dum Conſtantinus prædictæ legis primæ auctor, conceſſit facultatem, vt quilibet poſſet relinquere Collegijs Chriſtianorum quantum optaret, inſigne priuilegium intelligitur Eccleſijs tribuiſſe, quibus tunc vehementer obſtabant anteceſſorum Gentilium Imperatorum Conſtitutiones contra Chriſtianos editæ: Cum nedum Cōſtantinus prædictum impedimentum ſuſtulerit, ſed vlterius edixerit, & quaſi inuitauerit omnes ad Eccleſias Chriſtianorum, & Collegia cohoneſtanda, & ditanda: argumento text. in l.1.ff.ad municipal.

Præterea ad text. in dicta l. illud, & priuilegium de inſinuatione non neceſſaria in donationibus Eccleſiæ factis, dicitur, quod quamuis eius diſpoſitio in hoc decreto non comprehendatur, negari tamen non poteſt, quin ſingulare etiã, & præcipuum contineat priuilegium.

Quod attinet ad textum in l. vt inter diuinum. Duo proculdubio in eo priuilegia continentur: Primum, quod quilibet valeat titulo venditionis, donationis, ſeu vltimæ voluntatis, quæuis bona etiam immobilia in Eccleſias transferre. Secundum quod dictorum bonorum dominium abſque vlla traditione Eccleſiæ conſequantur. Primo, de iſtis duobus priuilegijs, ex ſupradictis exploratum eſt, hoc decretum Senatus Veneti ex diametro repugnate, & conſequenter Eccleſiaſticæ libertati. Secundo priuilegio idem decretum repugnat etiam in aliquo caſu: vnde ceſſat omnino quidquid ab vno de Conſulentibus adducitur in contrarium, quem omnino ligat, atque conuincit textus in l. iubemus. la 2.C.de ſacroſan. Eccleſ. quam Conſulentes vel non viderunt, vel ſilentio inuoluere voluerunt, vbi Imperatores Leo & Anthemius, nedum bona immobilia donari poſſe Eccleſijs conceſſerunt,

ſerunt, verum etiam ampſius conſtituerunt, vt acquiſita,& acquirenda apud Eccleſias perpetuo ſeruarentur illæſa. quibus priuilegijs certum eſt contrauenire decretum de quo agitur, ſimulque oppugnare Eccleſiaſticam libertatem.

AD tertium ordinem pertinent Doctorum dicta, & opiniones,ſiue auctoritates,quibus nunc reſpondendũ eſt: illud tamen in primis præmonemus, Doctores à Conſulentibus allegatos pro iſto decreto defendendo,eſſe illos, qui adhærent opinioni Signoroli de Homodeis,cuius conſiliũ 21. ſupra latiſſime confutauimus,demonſtrantes eſſe communiter reprobatam.

Reſponſiones ad ſingulos doctores,quorum auctoritate nituntur conſulentes.

Dum ergo vnus de Conſulentibus opponit auctoritatem Iacobi Butrigarij in Authen. caſſa. C. de ſacroſan. Eccleſ. & cuiuſdam Ricardi Salyceti in l. 1. C. eodem. & Signoroli dicto conſi. 21. Reſpondetur verum eſſe, olim quendam Franciſcum de Albergatis, & Signorolum de Homodeis ita tenuiſſe,& conſuluiſſe, & diſputaſſe Mediolani, & Ricardum quoque de Salyceto ita cenſuiſſe,citato & vocato Collegio Mediolani, prout refert Andreas Barbatia conſil. 30. incip. *illud in medium referam*. nu. 24.

Ceterum,vt diximus,contraria opinio,quæ communis eſt, præualuit in dicto §. Diui. vt paulo antea notatum fuit. quã ſententiam eſſe veram confitetur Horatius Carpanus in Capitulum Collegijs nou. Conſtitut. tit. de pœnis. ſuper verbo, *huic dominio non ſubditam*. num. 150. verſ. *non militat pariter*. & verſ. *tamen communis eſt in contrarium*.

Signorolum de Homodeis cõmunis Doctorum ſententia reprobat.

Præterea conſilium Signoroli, & opinio eorum, qui in eo ſe fundant, vix eſt, vt applicari poſſit ad decretum de cuius nullitate tractatur: Nam Signorolus loquitur de ſtatuto generaliter diſponente, nulla facta ſpecifica mentione de Eccleſijs, vel de perſonis Eccleſiaſticis: decretum autem iſtud de his,& non de alijs explicite loquitur: quo caſu certa & indubitata eſt Iuris concluſio,nec valere, nec ligare Eccleſias, nec res,& perſonas Eccleſiaſticas,vt ſupra ſæpe & dictum,& probatum fuit.

Andreas Barbatia dicto conſil. 30. lib. 4. non obſtat, & meliora docuit in repetitione Rubricæ de rebus Eccleſ. non alie-

Andreas Barbatia varius & inconſtans, nullam meretur fidem.

alienan. nu. 177. affirmans,eo ipſo præſumi dolum & malitiam ſtatuentium,quando ſtatutum deClericis facit mentionem expreſſam & ſpecificam. idem in cap. cum laicis. Eodem tit.nu.9.& 10.dixit: *Ponderandum illum textum deſtruentem dictum Baldi in cap.qua in Eccleſiarum.de Conſtit. & in cap. Clerici.de Iudic.vbi dixit,valere ſtatutũ laicorum diſponens,quod in Clericum non poſsit alienari res immobilis,quia contra Baldũ videtur hic caſus.* Hactenus ibi Barbatia. Vnde vel eſt allegandus pro hac parte, vel tanquã varius,& inconſtans,& dubius pro nulla numerãdus.

Baldus ſeipsũ emendauit.

Ad Baldum reſpondetur,quod licet ipſe in dicto cap.Quæ in Eccleſiarum. nu. 8.de Conſtitut. & in cap. Clerici.num.2. verſ.*Quæritur an poſsit.* De Iudic. tenuerit valere ſtatutum laicorum,quod laici non poſſint alienare in Clericos,vel Eccleſias,res tributarias, vel collectarias, ne Fiſcus careat ſubſidio collectarum: nihilominus cõtrarium ſenſit conſil.132.incip. *Caſus,quidam vocatus.* lib.3.vbi affirmauit,quod ſtante ſtatuto, quod quis nõ poſſit alienare rem immobilem in perſonam, quæ non ſoluit collectas, ſi quis legauerit alicui Monaſterio ſeu pio loco rem immobilem ſolitam ſoluere collectas, Monaſterium ſeu pium locum non comprehendi. idem cenſuit idem Baldus in l.final. nu. 17. verſ. *Extra gloſſam.* C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi reuocando ſententiam, quam in præcitatis locis aſſeruerat, expreſſe affirmauit, quod licet alias dixerit illud ſtatutum valere, non tamen includit Eccleſiam,& ſubdit, *Iſtam eſſe veritatem*. Quare non licuit Conſulenti dicere, *Baldum vbique nunquam contrarium*.

Albericus negatiuam ſententiam profitetur.

Ad Albericum tract. de Statutis. par. 2. quæſt. 2. dicitur, à magnis Doctoribus pro negatiua ſententia allegari, & eam vere contra ſtatutum tenere videtur dicta quæſt. 2. in fine. num. 72.

Ambroſius Opizo contra ſacros Canones loquitur.

Ad Ambroſium Opizonem allegatum per vnum de Conſulentibus in dicto §.Diui.nu.105. Reſpondetur, illum loqui contra ſacros Canones & cõmunem opinionem:quod cum agnouiſſet idem Opizo eodem nu.105. in fine, à ſe ſuperius dicta ſubiecit reſolutioni Sanctæ Matris Eccleſiæ. qui etiam paulo antea num. 95. contra Bartolum dixit,non valere ſtatutum ſpecifice faciens mentionem de Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis.

Ad Andream Geyl lib.2. practicar. obſeruat. obſeruat. 32. nu. 4 & 5. vbi conatur excuſare ſtatuta quorundam locorum Germaniæ, quibus Clericis prohibetur emptio rerum immobilium, & laicis earundem in Clericos alienatio: Reſponſio patet ex prædictis, quia ſtatuta ſunt nulla & inualida ſecundum communem opinionem: imo non facit ad propoſitum caſum, in quo non ſolum Clericos, ſed pias cauſas, & Eccleſias, & omnia loca pia nituntur comprehendere ſtatuentes.

Andreas Geyl aperte ſentit contra ſacros Canones, & communē opinionem.

Ad alios vero Doctores, videlicet Calderinum conſ. 11. de Conſtitut. Zabarellam conſil. 144. Socinū conſil. 45. lib. 3. Panormitanum conſil. 63. lib. 1. Alexandrū conſ. 93. lib. 2. Federicum de Senis conſil. 85. Neuizanū conſ. 39. & alios, qui varios caſus particulares ex ſenſu interdū proprio, & opinione particulari diſcuſſerunt, & reſoluerunt: Dicendum eſt, eorum reſponſa non conſtituere regulam certam & conſtantem, vt propterea ſit affirmandum, ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam ſuſtineri. De illis autem caſibus particularibus tūc agendum erit, cum ſe obtulerit occaſio: quoſdam enim tolerat Eccleſia cum ſacris Canonibus & Eccleſiaſticis Conſtitutionibus non contradicant, ſed vel habent antecedens licitum, & permiſſum abſque alio Eccleſiæ odio, imo æquiualens bono Eccleſiarum, vt tenebat Calderinus dicto conſi. 11. de cuius veritate nunc non diſputamus: vel Eccleſia in aliquo caſu non vult perturbare politicam ſtatus temporalis adminiſtrationem, vt ſi per ſtatutum interdicatur laico, vno, vel alio modo contrahere, non vult Eccleſia laicum illum ſecum contrahentem fieri habilem, vt in caſu Alexandri, Federici, & Neuizani: poteſt enim Eccleſia in aliquo pati; nam in hoc conſiſtit vna pars ſuæ libertatis, ſicut in agere, vt ex doctrina Baldi, quem allegat, tradit Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in l. omnes populi. nu. 98. ff de iuſtit. & iur. & propterea Eccleſia admittit Falcidiam, vbi de iure habet locum ex Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. Eccleſ. Iſta enim vere non accidunt contra libertatem Eccleſiaſticam, licet quandoque Eccleſiæ vtilitati præiudicetur, vt in præſcriptionibus, quas ſacri Canones approbant. cap. de quarta. de præſcript. & eſt diſtinctio Cini in Authen. Caſſa &

Reſponſio generalis ad quoſdam alios Doctores.

 irrita.

irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ. & cum quæſtiones quas præcitati Doctores diſputant, ſint ambiguæ, vt dicebat Cardinalis Zabarella in præallegato conſil. 144. nu. 4. verſ. *Ex his hæc quaſtio*. nullum ſuper illis poteſt fieri conſiderabile fundamentum, ſicut minus conſulto fecerunt Conſulentes; quoſdam autem Eccleſia non tolerat, quales ſunt qui introducerentur per conſuetudinem, vel conſtitutionem, vt ex ſententia Pauli de Caſtro, quem allegat, tradit Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. quæſt. 14. nu. 100. de Conſtitut. vbi inter vtroſque caſus demonſtratur differentia, quoniam in primis procedentibus per modum præſcriptionis, & alios ſimiles præterquam quod roborantur auctoritate Iuris communis, Eccleſiæ & perſonæ Clericorum non efficiuntur de Iure laicorum; conſuetudines autem & ſtatuta non tolerantur, quoniam Clerici vel Eccleſiæ efficerentur de iuriſdictione laicorum, quod nulla præſcriptione vel conſuetudine induci poteſt, ſicut nec per expreſſum conſenſum Clericorum.

Reſponſiones ad argumenta conſulentium.

AD quartum ordinem referuntur rationes, & argumenta Conſulentiũ, quibus ſingulariter reſpondetur, & primo ad illud quod deducunt ex pactis priuatorũ, ex quo inferunt, quod ſicut ex pacto poſſunt conuenire priuati pro ſuo priuato intereſſe, ne bona in Eccleſias alienentur. l. final. C. de pactis inter emptor. & venditor. Similiter Princeps vniuerſalis dominus pro Iure ſui vniuerſalis dominij, & intereſſe ſui ſtatus, idem poterit conſtituere: Dicitur enim primo verã eſſe reſponſionem Baldi in dicta l. final. C. de pactis inter emptor. & venditor. nu. 2. vbi opponens de Authen. caſſa. C. de ſacroſan. Eccleſ. ideſt, de libertate Eccleſiaſtica, ſoluit quod illa lex habet locum in ſtatutis vniuerſorum, & vniuerſaliter factis, quæ præſumuntur facta in derogationem Eccleſiaſticæ libertatis, ſecus in pactis priuatorum. Id quod ibidem Barbatia approbauit in additione. & Marianus Socinus in §. Diui. nu. 170. verſ. *vel ſecundo*. ff. de legat. 1. & eſt notabilis diſtinctio, vnde ceſſat argumentum de caſu, qui non eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, ad caſum, qui eſt contra Eccleſiaſticam libertatem.

Per pacta priuatorum non præiudicatur Eccleſiaſticæ libertati, ſicut per ſtatuta.

Secundo reſpondetur, non procedere argumentum de pa-

ctis priuatorum, ad ſtatutum generaliter aliquid diſponens, propter diuerſitatem rationis: nam paciſcentes rebus ſuis, quarum ſunt veri domini, poſſunt imponere legem, quam volunt. l. in re mandata. C. mandati. Princeps autem non poteſt id facere per legem, vel ſtatutum, quia non eſt dominus bonorum ſubditorum ſuorum, niſi quoad protectionem & defenſionem, iuxta veram ſententiam Bartoli in l. 1. §. per hanc. nu. 2. ff. de rei vendicat. & in Extrauagante. ad Reprimendum. in verbo, *totius mundi*. & eſt communis opinio, quam bene & copioſe explicat Bartholomæus de las Caſas Epiſcopus Chiapenſis in explicatione quæſtionis: *vtrum ſubditi alterius ditioni ſubÿci poſsint*. §. 3.

Paciſcentes rebus proprijs poſſunt imponere pacta bene viſa: ſecus ſtatuentes, qui non ſunt domini rerum.

Tertio reſpondetur, argumentum de pacto ad ſtatutum procedere quando agitur de præiudicio ſtatuentium, tunc enim quidquid poteſt fieri per pactum, poterit etiam fieri per ſtatutum: ſed quando agitur de ſuperioris præiudicio, tunc plus operatur pactum, quam ſtatutum: vnde licet non valeat ſtatutum quod non poſſit appellari à ſententia. cap. venientes. de iureiuran. tamen valet pactum de non appellando. l. final. in fine. C. de temporib. appellation. gloſ. in cap. cum dilectus. de arbitris. & ratio eſt, quia paciſcentes abdicant à ſe id quod eſt in eorum facultate, & non tangunt ius ſuperioris: ſtatutum autem ius ſuperioris tollit. ita explicat Panormitanus in dicto cap. cum dilectus. nu. 16. & tradit Crotus in l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 81. ff. de legat. 1. dicens, quod generaliter quoties quis diſponit de re propria, plus operatur pactum, quam ſtatutum. ad idem Innocentius in dicto cap. venientes. de iureiuran. quē ſequitur Baldus in l. cum anterioribus. §. illud. nu. 4. C. de temporib. appellat. & Rolandus conſil. 29. incip. *Quæritur, an à ſententia lata*. nu. 29. lib. 1.

Argumentū de pacto ad ſtatutum quomodo procedat reſpectu ſtatuentiū.

Vnde cum per hoc decretum lædatur Ius ſuperioris, id eſt, Eccleſiaſticæ libertati, & ſic Iuri ſuperioris præiudicetur, conſequens eſt, vt non valeat decretum. imo vero facile poteſt argumentum contra idem decretum retorqueri, quia ſi per pactum non poſſunt Clerici ſe foro laicorum ſubmittere, neque Clericali priuilegio renuntiare, quia eſt vniuerſo Ordini Clericali conceſſum. gloſſ. in cap. ſignificaſti. de foro

ro competent. ergo neque id fieri poterit, nec induci per ſtatutum.

Secundum argumentum eſt ſumptum ab emphiteoſi priuati, quæ non tranſit in Eccleſiam irreuocabiliter, cum acquirere prohibeatur. Speculator tit. de locato. §. nunc aliqua. nu. 142. verſ. *centeſimo decimo ſexto.* Doctores communiter in l. final. C. de Iure Emphiteot. vbi Iaſon. nu. 91. & ſeq. Cæterum reſpondetur, quod licet iſta propoſitio nullo certo & claro Iure reperiatur ſtabilita, ſed ſola tantum conſuetudine, vel praxi dicatur recepta, vt poſt Speculatorem præcitato loco notauit Iulius Clarus in §. Emphiteoſis. quæſt. 22. nihilominus tamen pia mater Eccleſia non conſuetudinẽ, vel praxim laicorum amplectens, ſed certa contrahentiũ quaſi præiudicia recuſans, inſpecta ratione, quæ in prædicta propoſitionẽ repreſentatur, cum ſua perpetuitate ſemper maneat, benigne potius tolerando, quam iuris rigorem ſectando, noluit præiudicare præeminentijs, quæ de Iure priuatis ſic contrahentibus competunt in prælationibus, in deuolutionibus per lineam finitam, in laudemijs, & alijs, quæ vel de Iure contrahentibus conueniunt, vel pactis appoſitis ſibi reſeruauerunt: vnde licet ſic indemnitati directi domini conſulatur, non tamen præiudicatur Eccleſiæ, cum id non procedat ab aliqua Iuriſdictione vel poteſtate laicorum ſuper Eccleſiam, ſed potius ab ipſius Eccleſiæ pietate & tolerantia, per quam dicitur ſimilem praxim approbaſſe iuxta diſtinctionem Baldi in Authent. hoc ius porrectum. num. 18. C. de ſacroſan. Eccleſ.

Pia mater Eccleſia contrahentium præiudicia recuſans, in emphyteoſi eorum pie conſulit indemnitati.

De ſimili Eccleſiæ tolerantia loquens Aegidius Bellamera in ardua quæſtione: An Clericus ratione feudi mutet forum: in cap. verum, nu. 6. verſ. *Octauo probat.* De foro competen. inter multas rationes, quas pro affirmatiua ſententia ex quodam Martino de Salua recitauit, vna fuit petita ab Eccleſiæ tolerantia, quia ſcilicet Eccleſia hoc ſcienter admittit, tolerat, atque ſuſtinet. & allegat Innocentium in cap. Ex parte B. eodem tit. Quando autem iſta fiunt per pacta priuatorum, non præiudicatur Eccleſiaſticæ libertati, ſicut præiudicatur ſi fieret per ſtatutum, vel conſtitutionem laicorum, vt ſupra explicatum eſt. Hanc Eccleſiæ

Digitized by Google

pietatem non eſt imitatus Venetus Senatus in decreto de quo vltimo loco dicemus.

Tertium eſt argumentum de teſtamento ad ſtatutum; cui ſimiliter reſpondetur ex diuerſitate rationis, quia cum teſtator ſit dominus & arbiter bonorum ſuorum, quorum habet liberam diſpoſitionem.§. diſponat. Authen. de Nupt. l.in re mandata.C.mandati.poteſt eis imponere pacta,& cōditiones ſibi bene viſas, ſecus autem dicendum eſt de Principe, qui eſt dominus Iuriſdictionis,non autem proprietatis bonorum ſubditorum ſuorum. Bartolus in prima conſtitutione.ff.nu.3.& in l.1.§.per hanc.nu.2.ff.de rei vendicat.cum alijs ſupra deductis. Atque hinc dicitur in fideicommiſſis & primogenituris admitti Monaſteriorum excluſionem, & etiam ob fauorem conſeruandæ agnationis, vt late tradit Palatius Rubius in Rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 16. nu. 4. & nu. 14. & Couarruuias lib.1.variar. reſolut.cap. 19.num.11.

Non valet argumentum de diſpoſitione teſtamentaria, ad ſtatutariam.

Ad quartum argumentum, quo potiſsimum nituntur Conſulentes de diſtinctione bonorum iam Eccleſijs acquiſitorum, ſuper quibus eis præiudicari non poſsit, & de bonis quærendis, ſiue nondum acquiſitis Eccleſijs, ſuper quibus licitum ſit Principi conſtituere ex Baldo in cap. quæ in Eccleſiarum. nu.8.de Conſtitut.& alijs allegatis.

Reſpondetur primo, prædictam diſtinctionem de quæſitis,vel quærendis, non habere locū in hoc caſu, vbi ſumus in iure quæſito: nam cum ſupra fuerit oſtenſum Eccleſijs de Iure Diuino & humano competere Ius acquirendi dominia, eo Iure quæſito per ſtatuta laicorum priuari non poſſunt. pro qua ſententia bene facit diſtinctio Bartoli in l.reſcripto. §. ſciendum. ff. de munerib. & honor. Et facit argumentum de re ad perſonas, vel e contra. cap. ſimiliter. vbi gloſſ. 16. quæſt. 1. Decius in cap. decernimus.nu.172.de Iudic. Franciſcus Cardinalis Zabarella conſil. 11. nu. 3. Panormitanus in cap.poſtulaſti.nu.16.& 17.de foro compen.Nam cum verum ſit perſonas ſemper eſſe in ſtatu implicito, vt de laicis Clerici fieri poſsint etiam inuito Principe, iuxta illud Diuini Pauli ad Galatas cap.5. *Si ſpiritu ducimini,non eſtis ſub lege.* eodē modo res temporales, ſiue ſæculares in ſtatu implicito eſſe

Diſtinctio de bonis quæſitis, & quærendis non ſubſiſtit: pugnat cum ſacris Canonibus, & cum Eccleſiæ diffinitione.

dicun-

dicuntur vt Eccleſiaſticæ fieri poſsint. argumento.l. final. ff. ſi ex noxali cauſa agatur.vbi Socinus nu.5.Baldus in l.obſeruare.§.poſt hæc.nu.8.ff.de offic.proconſul.Huic autem ſtatui rerum Princeps in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis,præiudicare non poteſt.

Secundo reſpondetur, ſacros Canones de hac materia indiſtinctè loqui, tam reſpectu bonorum acquiſitorum,quam acquirendorum in cap. bene quidem. 96. diſtinct. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. & in cap. final. de rebus eccleſ. non alienan. & in ſpecie quod iſta diſtinctio de acquiſitis & acquirendis non ſubſiſtat,probat textus in cap. ea enim.10.quæſt. 2. deſumptus ex.l.iubemus. la.2. §.1. verſ. *Ea enim*.C.de ſacroſan. Eccleſ. quem ad hoc ponderat Hieronymus Cardinalis Albanus tract. de immunit. Eccleſiaſt.nu. 12. prædictam differentiam reprobando, & Iacobus Mandellus conſil.8.nu. 20. rectè dixit,hanc immunitatem Eccleſiaſticam ſemel fuiſſe conceſſam pro bonis quæſitis & acquirendis. Quod procedit ſine difficultate, quoniam Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ,multa habent priuilegia in acquirendo, & in retinendo,ſicut docuit Sanctus Raymundus de Peniafort ſupra etiam allegatus in Summa de Pœnitentia lib.1.tit.de immunit. Eccleſiar. §.3.verſ. *Et ſic habent multa priuilegia*. Vbi Ioannes de Friburgo ſuper verbo. *Acquirendo*. Et Bartolus in repetit.l.1.C.de ſacroſan.Eccleſ.nu.4.Et quod tale ſtatutum indiſtinctè non valeat conſuluit Iaſon, vt ipſe fatetur in l.fin.nu.25. verſ. *tene contra Bartolum*. C.de pact.contra ſtatutum Paduæ.

Tertio reſpondetur,prædictam diſtinctionem ex diametro pugnare cũ Eccleſiæ diffinitione in cap.1.de immunit.Eccleſ. lib.6.vbi Alexander IV.prohibet laicis *tallias,collectas,ſeu exactiones quaſcunque Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro bonis quibuſcunque hactenus atquiſitis,vel in poſterum acquirendis*. quod recta ratione fulcitur,quia priuilegia quocunque titulo Eccleſijs conceſſa, non ſolũ competunt pro bonis tũc acquiſitis,ſed expreſſe etiam extenduntur ad ea,quæ poſtea ad Eccleſias peruentura ſunt.l.iubemus. la 2.§.1.verſ. *ea enim*. C. de ſacroſan. Eccleſ. cap.ea enim.10.quæſt.2. id enim potiſſimũ operatur fauor animæ,& priuilegium piæ cauſæ

quod

quod nullo pacto admittit iſtam inanem diſtinctionem de acquiſitis,& acquirendis. Ambroſius de Opizonibus in dicto §. Diui.nu. 78. & 79. Ex quibus hanc ſententiam profitentur Philippus Francus in dicto. cap.1. nu. 5. de immunit. Eccleſ. lib.6.& Ancharanus conſil. 155.nu.6.in fine,& Iacobus Mãdellus conſil.8.nu.20.circa finem. lib.1.

Nec refert quod Baldus conſil.11.nu. 5. inter conſilia Ancharani, & Mandoſius in additione ad Lapum allegat. 92. ſuper verbo. *Sic ſtatuere*. & alij tenuerint,quod per ſtatutum laicorum præiudicari poſſit Eccleſiæ ſeu perſonis Eccleſiaſticis in quærendis, ſi laici id non faciant malo animo, ſiue malo ingenio: Quoniam reſpondetur,conſiderari debere effectum, non animum: nam cuius finis malus eſt, eius præordinatio præſumitur doloſa,& ſic etiã includitur præſumptiue malus animus. Crauetta conſil.18. num.4. per textum in l.ſi qui adulterij.C.de adulter. Vnde ſtatuendo circa acquirenda,& ordinando ne Eccleſia acquirere poſſit contra textum in dicto cap. 1. de immunit. Eccleſ.lib.6.malus animus, & mala intentio,& dolus præſumitur in ſtatuente.

Quintum argumentum eſt de ſtatuto diſponente, quod ingrediens Monaſterium non ſuccedat, pro quo allegatur Bartolus in l.final. nu.6.C.de pact. Reſpondetur tamen contrariam opinionem contra Bartolum eſſe communẽ, quam ſequuntur ibidem Iaſon num.25. Decius.num.28.Cagnolus num.105. & Riminaldus ſenior columna penultima in fine. & Paulus de Caſtro in l. ſiquis id quod. num.8. ff. de Iuriſdictione omnium Iudic. & de communi teſtatur Hieronymus Cagnolus in l.final. C.de pactis. num.105. & Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu.188. de Conſtitut. & Ripa in l.ex facto.§.ſiquis rogatus.nu.39.ff.ad Trebellian.& de communi teſtatur Andreas Geyl lib. 2. Obſeruationum. Obſeruat. 32.nu. 4. & Proſper Paſethus conſil.30. num.1.& conſil.31. nu.1.& in terminis ſtatuti Aſſiſij reſoluimus in Rota in cauſa Aſſiſien. bonorum die.31. Maij anni 1606.coram R. P. D. Marcomontio. Et in terminis ſtatuti Ferrarienſis quidquid dicat Riminaldus Iunior. conſil.81.& conſil.493.ex aduerſo allegatus, ex communi omnium Doctorum opinione conſuluit & firmauit Proſper Paſethus in dicto conſil.30.& 31.

Communis ſententia eſt contra Bartolum tenentem monaſterium ingredientem,nõ ſuccedere.

H Ad

Ad ſextum argumentũ deſumptum de regula, quod quiſque Iuris in alium ſtatuerit, eodẽ ipſe vtatur, vt propterea ſicut Princeps Eccleſiaſticus pro dignitate ſtatus Eccleſiaſtici, & pro vtilitate perſonarum Eccleſiaſticarum conſtituit, ne bona immobilia Eccleſiarum inconſulto Romano Pontifice alienari poſſint in laicos, ita pati debet, vt Princeps laicus potuerit conſtituere, ne bona immobilia laicorum, eo inconſulto in Eccleſias transferantur:

Regula quod quiſque iuris non procedit æqualiter reſpectu Papæ, & Principum ſæcularium.

Reſpondetur, longe diuerſam eſſe rationem, primo enim bona Eccleſiarum ſunt bona Dei. Præpoſitus in cap. certum. num. 1. diſtinct. 10. & patrimonium Ieſu Chriſti. cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. & cap. cauſam. de verbor. ſignifi. & Papæ eius Vicarij. Paulus de Caſtro conſil. 287. num. 3. & conſil. 414. num. 2. verſ. *his præſuppoſitis*. lib. 1. vnde non mirum ſi eius requiratur conſenſus. Et cum Eccleſia ſit ſponſa Chriſti, & mater omnium, debet illius patrimonium ſemper conſeruari illæſum. l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccleſ. & quia prædia & poſſeſſiones Eccleſiarum ſine neceſſaria cauſa paulatim alienabantur. Authent. de Eccleſiaſticarum rerum alienatione. in principio. Inde oportuit ferre legem prohibentem alienationes, ne paulatim res Eccleſiarum, vnde pauperes ali debent, diminuerentur, & ad nihilum redigerentur: quæ etiam prouiſio fieri debuit, propter malos Prælatos, qui forte omnia bona Eccleſiarum alienarent.

Secundo reſpondetur, iſtud argumentum ab æqualitate petitum, non obſtare: nam regula, quod quiſque Iuris. Cum ſimilibus, habet locum ſi illud quod quis contra ſe recuſat, conceſſum fuiſſet ad ſuam poſtulationem: quoniam ſi eo inſtante non fuerit conceſſum, poteſt ſe eo iuuare, ſed non tenetur contra ſe admittere, vt declarat gloſſ. in cap. 2. & ibi Abbas nu. 7. in fine. de mutuis petition. & tradunt communiter ſcribentes in Authent. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. & Bartolus in l. final. §. donec. in fine. C. de Iure deliber. & ideo regula iſta non bene applicatur, quia haberet locum ſi decretum de quo agitur fuiſſet conditum ad poſtulationẽ Eccleſiarũ, vt colligitur ex Felino in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 49. de Conſtitut. & dicit Socinus conſi. 71. nu. 19. lib. 4.

& con-

& conſequenter præter rem inferunt Conſulentes arguendo à prohitione alienationis bonorum Eccleſiæ in laicos, cum non agatur de eo concedendo per laicos in priuilegium Eccleſiarum, cum iam diu optimo Iure à Romanis Pontificibus ſancitum fuerit, ne bona Eccleſiarum ab illorum Rectoribus, Romano Pontifice inconſulto, poſſint alienari. toto tit. de Reb. Eccleſ. non alienan. in Decretalibus, ſexto, & Clementinis.

Tertio reſpondetur, generale eſſe, vt poſſit quiſque ſe iuuare, ſi velit, aliqua diſpoſitione, & nihilominus ea non ligari, quando ille eſt talis, vt non ſit ſubiectus diſponenti. Baldus in l. & in legatis. nu.3. C. ad legem falcidiam. quem refert Albertus Brunus de ſtatuto excluden. fœminas. artic. 6. principali. num. 67. Rolandus à Valle tract. de lucro dotis. quæſt. 84. num. 8. Vnde cum Eccleſiæ, & Clerici non ſint ſubditi poteſtati laicorum, non eſt par ratio quod Clerici, & Eccleſiæ obligentur per eorum ſtatuta; maxime cum vna pars eſt magis priuilegiata quam altera, ſicut eſt Eccleſia. Socinus dicto conſil. 71. nu. 19. lib. 4. Vnde Aegidius Cardinalis Bellamera ad hoc propoſitum reſpondendo dicto conſil. 59. col. 208. verſ. *Secunda pars.* dicebat, nō adeſſe æqualitatem ſubiectorum, cum ſpiritualia tanto maiora ſint, quam temporalia, quanto maior eſt anima corpore: & ſic cum adſit inæqualitas cauſarum, nō procedit argumentum.

Ad ſeptimum argumentū petitum à publica vtilitate eiuſdem decreti reſpicientis commodum dominij, & ſubditorum laicorū, vt bona immobilia ipſorum apud ipſos conſeruentur: Reſpondetur primo, publicam vtilitatem nō operari decreti validitatem, cum non concurrat poteſtas in ſtatuente, vt fuit late dictum ſupra, & mox etiam dicetur: Et ideo quamquam ſtatutum eſſet bonum, & æquum, & publicæ vtilitati faueret, ceſſante tamen poteſtate, non eſt validum, Baldus ſibi cōtrarius in l. cunctos populos. nu. 50. C. de Summa Trinit. & in propoſito Felinus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 39. de Conſtitut. vbi Decius nu. 89. & expreſſe Crotus in dicto §. Diui. num. 80. dixit, quod licet ſtatutum emanauerit ad publicam vtilitatem, non tamen propterea

Ratione publicæ vtilitatis nō poſſunt Principes ſæculares condere leges ſuper Eccleſijs, & earum bonis.

debet Eccleſiaſticas perſonas comprehendere, cum ſuper eas laici nullam habeant Iuriſdictionem. ſequitur ibidem Ruinus nu. 92. & alij communiter contra conſilium 21. Signoroli de Homodeis.

Secundo reſpondetur, non ſufficere in lege, vel ſtatuto conſiderare cõmodum, & vtilitatem aliquorum, niſi communi omnium ciuium vtilitati conſulatur; quod patet ex deffinitione legis tradita à Papiniano in l. 1. ff. de legib. dicente, *legem eſſe commune præceptum:* Vnde Ioannes Coraſius in l. Iura. num. 1. & 7. ff. de legib. & Franciſcus Connanus lib. 1. Commentar. Iuris Ciuilis. cap. 8. nu. 6. dixerunt, quod quemadmodum Ciues ſunt æqualiter participes, ſimiliter legem quoque communem, & generalem omnium ipſorum eſſe oportet: nec in ſingulorum, aut paucorum quorundam vel odium, vel gratiam ferri: nam ſicut medicus imperite faceret, ſi vt partem aliquam corporis tueretur, reliquas deſereret; ita legiſlator vniuerſam Rempub. curare, & ſingulis partibus prouidere debet: & merito quoniam vt probat Dominicus Sotus lib. 1. de Iuſtit. & Iur. quæſt. 1. artic. 2. lex omnis vt ſolida ſit, & firma in commune bonum debet ſubditos promouere, idem omnino cenſuit Sanctus Thomas. 1. 2. quæſt. 96. artic. 4. dicens, legem eſſe iuſtam ex fine, quando ordinatur ad bonum commune: contra vero eſſe iniuſtã, quando non pertinet ad vtilitatem communem: ſed magis ad propriam cupiditatem vel gloriam. Inde fit, vt cum decretum de quo agitur particulare commodum laicorum, qui ſunt de ſtatu, & genere ſtatuentium, reſpiciat: immemor quod Clerici etiam dicuntur Ciues, argumento textus in l. Ciues. C. de Incolis. lib. 10. tradit Gregorius Lopez in l. 3. gloſ. 6. verſ. *Nam & Clerici.* tit. 15. partita. 4, & Ludouicus de Carbone tract. de legib. lib. 9. diſputat. 14. nedum non poſſit defendi ratione publicæ vtilitatis, verum etiam ex hoc capite vitietur, cum diſponat tantum ad vtilitatem laicorum cum damno, & ſingulari iniuria Eccleſiaſticorum. Imo Albericus tract. de ſtatutis. par. 2. quæſt. 2. nu. 66. Inde colligit, ſtatutum eſſe contra publicum bonum, quia non reſpicit commune Clericorũ & laicorum. Inde etiam Iacobus Mandellus

dellus dicto conſil. 8.num. 8.ex Panormitano conſil. 63.lib. 1. intulit, quod ſi ratio ſtatuti tendat ad præiudicium Eccleſiæ, tunc non valet tale ſtatutum.

Tertio reſpondetur, quod licet publica vtilitas, & publicum bonum attenderetur, adhuc non ideo licuit Principi laico contra Eccleſiam tale decretum,ſine conſenſu Romani Pontificis condere: nam ad conſtituendum iſtud publicum bonum,vtraque poteſtas,Pontificia, & Regia ſiue Principis ſæcularis requiritur,quia èx vtraque parte conflatus eſt Reipub. Chriſtianæ ſtatus, vt bene in propoſito dixit Ancharanus conſil.155.nu.5.& ſequen. & tunc dicitur publicum bonum,quando communitas eget auxilio Ciuium propter publicam,& communem cauſam,vt declarauit idem Ancharanus conſil.298. num.6. alias enim ſub prætextu publici boni non eſt vna pars priuanda ſuis bonis,& iuribus.l.ſi priuatus. ff. qui vel à quibus. Neque illud ſtatutum eſt honeſtum, quo mediante Reſpub. ſibi prodeſt cum alterius damno, & incommodo. l.nam natura.ff.de condit.indebit. & Ancharanus dicto conſil.298. nu.7. & Paulus de Caſtro in l.iubemus. la 1.nu.2.C.de ſacroſan.Eccleſ.dicit,quod in generali priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ,excipitur neceſſitas, non vtilitas publica,quæ debet imminere vt præferatur. late Ioannes Antonius de Nigris in Extrauagan. vnica. num. 278. cum ſequen.de vita & honeſtat.Clericor.

Et licet neceſſitati publicæ ſit ſubueniendum, id intelligitur modo debito, & in caſu propoſito, in quo agitur de præiudicio Eccleſiarum,& perſonarum Eccleſiaſticarum,neceſſarium eſt recurrere ad Romanum Pontificem, vt in terminis ſimilium decretorum, & ſtatutorum faciendum dixit Hoſtienſis in cap.cum laicis.nu.10.de rebus Eccleſ.non alienan. vbi Ioannes Andr.nu.3. Ancharanus nu.6. in fine. quod generaliter faciendum eſt in omnibus negotijs Eccleſiaſticis, ac humiliter ferendum eſt, & pia deuotione tolerandum iugũ,quod à Sede Apoſtolica imponitur, vt ex capitulis Caroli Imperatoris refert Gratianus in cap. in memoriã.19.diſtin. Nam in negotijs ſpectantibus ad Clericos, & Eccleſiam non habent Principes laici niſi priuatam auctoritatem: & auctoritas menſurandi iſtud publicum bonum, & illud quoad

Cle-

Clericos, & Eccleſias exequendi, penes Eccleſiam eſt, vt dictum eſt ſupra.

Quomodo intelligatur Clericos obligari legibus ciuilibus bonū commune reſpiciētibus.

Non obſtat prædictis doctrina Ancharani in cap. non minus.nu.8.de immunit.Eccleſ. & Lucæ de Penna in l.2.C.quibus muneribus.lib.10. & Ripæ tract.de peſte. tit.de remedijs ad conſeruandam vbertatem.nu.122. & aliorum dicentium Clericos ligari legibus Principum laicorum concernentibus cōmune bonum Clericorum, & laicorū, quales ſunt, quibus pretia frumenti, & aliarum rerum, quæ in cōmercio hominum verſantur, conſtituuntur: Quoniam reſpondetur primo, tales leges non habere locum, quoties Eccleſiaſticæ libertati contrauenitur. Secundo dicitur, neque in prædictis caſibus iſtas leges Principum laicorum ligare Clericos vigore poteſtatis coactiuæ: quia Principes ſæculares nullam poteſtatem, vel iuriſdictionem habent ligandi, vel conſtringendi perſonas Eccleſiaſticas; licet vigore iuſtitiæ, & rationis naturalis, & vi directiua Clerici eas leges obſeruare debeant, ſicut & Princeps conditor legis. ſanctus Thomas. 1.2. quæſt. 96. artic. 5. in reſponſione ad 3. argumentum. Panormitanus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 10. de Conſtitut. verſ. *ſic intelligo*. Felinus ibidem nu. 38. verſ. *confirmantur iſta*. Silueſter in ſumma. in verbo, *lex*. quæſt. 15. nu. 15. & Martinus Nauarrus in Manuali cap. 23. nu. 88. Purpuratus conſil. 335. incip. *viſo themate*. nu. 2. & 3. lib. 1. Quapropter ad earundem legum obſeruantiam perſonæ Eccleſiaſticæ non per Iudices laicos, ſed ſolum per ſuperiores Eccleſiaſticos inducentur. quod eſt conforme doctrinæ Panormitani in dicto cap. non minus. nu. 20. verſ. *aut neceſſitas*. de immunit. Eccleſ. dicentis, quod ſi neceſſitas, vel vtilitas concernat directo, & principaliter vtilitatem Eccleſiæ & laicorum, Eccleſia debet contribuere, ſed non ad ſolam deliberationem laicorum; quod ſatis aperte videtur dicere ibi textus in verſ. *quo circa*. idem Panormitanus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 10. verſ. *poteſt Iudex Eccleſiaſticus*. vbi additio in littera, d. ſuper verbo, *non ratione legis*. facit mentionem de legibus Venetorum. Neque totius populi deliberatio obligat Clerum, vel econuerſo: Cum enim agatur de vtilitate vtrorumque, oportet vtrorumque interuenire conſenſum, quia quod omnes tangit

ab

Digitized by Google

ab omnibus approbari debet. Clemen. 1. de cenſib.

Octauum argumentum deducunt Conſulentes à temporum mutatione, ſeu varietate, dicentes quod licet ab initio huiuſmodi priuilegium iuſte eſſet conceſſum Eccleſijs, cum tamen tempore procedente effectum fuerit laicis præiudiciale, potuit iuſtis cauſis reuocari. cap. ſuggeſtum. de decimis. Sed reſpondetur hoc argumentum non ſubſiſtere, tum quia cum (vt ſupra oſtenſum fuit) priuilegium Eccleſiæ conceſſum ſuper iure acquirendi, competat ſibi de iure Diuino, non poteſt ſtatutis præſertim laicorum reuocari: tum quia licet conſtaret à Repub. vel à Principe fuiſſe conceſſum, nihilominus eſſet irreuocabile. Innocentius in cap. nouit. num. 6. verſ. *Theodoſius*. de Iudic. quem refert, & ſequitur Franciſcus Cardinalis Zabarella conſil. 85. incip. *pro reſponſione*. num. 4. verſ. *iſtud ſtatutum*. Felinus in cap. 1. nu. 19. verſ. *alius caſus eſt*. de Conſtitut. Alexander conſil. 209. nu. 14. verſ. *poſſet procedere*. lib. 2. Paulus de Caſtro conſil. 290. incip. *viſa ſupraſcripta*. nu. 3. verſ. *& licet*. lib. 2. & eſt communis opinio contra damnatam opinionem Ioannis Pariſienſis tract. de poteſtate Regia & Papali. cap. 15. qui olim eandem prætenſionem excitauit: tum poſtremo quia etiamſi aliqua iuſta cauſa ſuperueniſſet, propter quam temperari, vel reuocari deberet huiuſmodi priuilegium, id non ad Principem laicum, ſed ad Romanum Pontificem ſpectat, quem conſulere oportebat, ex allegatis ſupra.

Temporũ mutatio ſiue varietas non tribuit poteſtatẽ iudicibus ſæcularibus cõdendi leges ſuper rebus Eccleſiaſticis.

Nonum argumentum eſt, quo vnus de Conſulentibus vtitur videlicet, huiuſmodi ſtatutum non eſſe improbandum, quia non aduerſatur decretis in lege Vetere & Euangelica. Sed animaduerſum eſt, hoc argumentum non de Catholicorum, ſed de ſuſpectorum ſchola procedere: quia Catholici præter legem Veterem & Euangelicam, venerabiliter ſuſcipiunt Eccleſiaſticas, & Apoſtolicas traditiones, & ſacrorum Conciliorum Canones, & Romanorum Pontificum Epiſtolas Decretales, & ſacratiſſimas Conſtitutiones, quibus manifeſtum eſt hoc decretum repugnare.

Periculoſum eſt dicere ideo poſſe ſuſtineri decretum, quia non cõtradicit decretis veteris & nouæ legis.

Decimum argumentum conſiſtit in quærimonia, quam contra Clericos proponunt Conſulentes, propterea quod male impendant opes Eccleſiaſticas, & in vſus prauos ſæpe

Iniqua eſt quęrimonia propoſita contra Clericos, eo quod male impendãt opes.

bene-

beneficiorũ redditus conuertant: Verumtamen reſpondetur, nõ eſſe nouũ, laicos Clericis eſſe infeſtos. cap. laicos. 11. quæſt. 7. cap. Clericis. de immunit. Eccleſ. lib. 6. & dolendum eſſe, quod talem inuidiam venerabilis Clerus mereatur: Ceterum ſimul commemorare viſum eſt, inuidiam malorum non eſſe in bonos Clericos retorquendã, cum plurimi vbique ſint in Eccleſia Dei vtriuſque ordinis ſæcularis, & Regularis paupertatis ſpontanei ſectatores, reddituum Eccleſiaſticorum fideles diſpenſatores, & aſſidui diuinorũ obſequiorum cultores, qui pro peccatis populi intercedentes, diuinam vindictã, quam peccatores meremur, auertere, & Deum placare conantur. Demum vero ſi qui ſint huiuſmodi defectus, eorum iudicium, correctionem, & remedium non ad Iudices laicos, ſed ad Præſules Eccleſiarum pertinere: quibus cum Deus regimen commiſerit animarum, quod eſt longe præſtantius, non eſt cur illis bona temporalia habere interdicatur. l. final. C. de pact. l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccleſ. Neque inſpiciendum quod fortaſſis minus decenter ſit, ſed quid fieri oporteat. Iacobus Mandellus conſil. 8. nu. 12. lib. 1.

Eccleſiarum & Eccleſiaſticorũ opes multis modis laicis opitulari.

Nec dolendum eſt tantopere laicis, quod Eccleſiæ & Clerici bona & diuitias acquirant: quoniam ſi æquo animo ponderetur, nullo pacto redundat in diminutionem ſtatus laicorum, quinimo vt plurimum Eccleſiæ & Clerici tum publicis, tum priuatis laicorum commodis ſtudent, & eorum neceſſitatibus ſubueniunt: in omnibus Chriſtianæ Reipub. Regnis ſæpe Clerici, & Eccleſiæ profuſe Principibus ſæcularibus ſub quorum dominijs degunt, ſponte opitulantur, quod fit etiã ſæpe Sedis Apoſtolicæ beneficio, dum eiſdem Principibus Romani Pontifices ad certum tempus aliquam decimarum partem attribuunt, aut alijs modis ſuccurrunt: frequentiſſime etiam Clerici locupletes filiabus laicorum ſiue honeſto matrimonio collocandis, ſiue ſacras religiones profitentibus præſtant dotes: laicorum filios bonis artibus operam dantes, vel cõſanguineos, vel intuitu charitatis extraneos alunt: integras ſæpe familias eleemoſynis nutriunt, & ſuſtentant: Denique diuites hæreditates ad laicos ſæpe tranſmittunt, ita vt nullum ſit Regnum, nulla Prouincia, nulla Ciuitas, nullum oppidum quantumuis exiguum, & obſcurum, quod ab

Eccle-

Eccleſijs & Clericis inſigne aliquod temporale beneficium non recipiat, nullaque familia cuius honeſtas, & decus, Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum diuitijs non conſeruetur. Certe mirum eſt in Repub. Venetiarum id modo timeri periculum de bonis omnibus laicorum ad Eccleſias deuoluendis, quod ab initio naſcentis Eccleſiæ, quando feruentior Chriſtianorum erat charitas, & profuſior in Eccleſias liberalitas, vſque ad hæc tempora, nulla vnquam Prouincia, vel Ciuitas experta eſt.

Vndecimum argumentum componitur ex Principis charitate volentis ſtatui ſuo prodeſſe, iuxta doctrinam Baldi conſil. 11. num. 3. inter conſilia Ancharani: Quod facile poſſent perſuadere, præſuppoſita ſtatuti validitate, quoniam charitas, & æquitas optima eſt legum, & ſtatutorũ ratio: ſed cum in caſu propoſito Princeps in meſſem alienam manum miſerit, & expreſſe Eccleſiæ iuribus præiudicauerit, ceſſat ratio charitatis, & ſuccedit ſumma grauitas iniquitatis, quam conſiderauit Albericus tract. de ſtatutis. par. 2. quæſt. 2. num. 68. quoniã interdicitur Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis, quod ſtatutum non prohibet relegatis, bannitis, & deportatis. l. quidam. & l. deportari. ff. de pœnis. Vnde merito poteſt hoc loco dici cum ſancto Hieronymo epiſtol. 2. ad Nepotianum: *Pudet dicere: ſacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & ſcorta hæreditates capiunt: ſolis Clericis & Monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non à perſecutoribus, ſed à Principibus Chriſtianis*. Hæc ſanctus Hieronymus. Inſuper nulla charitas conſiderari poteſt, vbi auferuntur Eccleſijs iura, quæ Deus, & Romani Pontifices, & pij Imperatores, & Principes contulerunt. Et cum charitas, vt ait diuinus Paulus epiſtol. 1. ad Corinthios. cap. 13. *Patiens, & benigna ſit, nec æmuletur, nec agat perperam, nec infletur, nec ſit ambitioſa, nec quærat, quæ ſua ſunt*: ſtatuentes iſto decreto impatienter, & ſeuere contra Eccleſias, & Eccleſiaſticos egerunt, eiſdem æmulati ſunt, ambitioſe arripuerunt iura, quæ ipſis non competebant, & quæ ſua ſunt, quæſiuerunt; vt propterea non poſſit decretum defendi prætextu charitatis, quæ potius violata, quam ſeruata fuit. Quapropter ſimilia ſtatuta nedum non procedunt ex charitate, ſed aperte arguunt remiſſionem charitatis, vt docuerunt Patres

Prætextu charitatis, quam grauiter Senatus violauit, nõ poteſt decretũ defendi.

in Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio III. cap.44. relato in cap. cum laicis. de rebus Eccleſ. non alienan. ibi: *ſic refrigeſcere charitatem*. vnde Panormitanus ibi nu. 2. notab. 1. obſeruauit, ſtatuta emanantia contra Eccleſiaſticam libertatem, ſeu contra iura Eccleſiæ, procedere ex remiſſione charitatis: Nam ſi ſtatuentes haberent charitatem ad Eccleſiam, talia ſtatuta non conderent.

Neque poteſt defendi ſub velamine quod non prohibeat Clericis, ſed det formam laicis.

Duodecimum argumentum Conſulentium prætendentium defendere decretum, quaſi non prohibeat ſimpliciter alienationem in Clericos, vel in Eccleſias, ſed ſolum det certam formam laicis, videlicet ne id fiat ſine Principis licentia: non ſubſiſtit: quia eſt directo contra Eccleſiaſticam libertatem, vt ſupra late oſtenſum fuit, præſertim cum Princeps ſæcularis, qui non habet talem auctoritatem, eam ſibi vſurpet contra manifeſtas, & expreſſas ſacrorum Canonum conſtitutiones ſupra ſæpe allegatas.

Et quatenus iſta prouiſione indigerent, Eccleſiæ auctoritas, vt fuit dictum, interuenire debuerat. cap. non minus. §. quo circa. de immunit. Eccleſ. Nec refert, quod licentia reſpiciat alienantem, nam correlatiuum eſt, in quem fit alienatio, & violentia fit Eccleſiaſticæ libertati, quando illis actibus, & rebus imponitur impedimentum, quas alij communiter facere, & pati poſſunt. Antonius de Butrio, & alij quos refert & ſequitur Felinus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. & vigore correlationis prohibitio facta venditori, intelligitur facta emptori, vt in his terminis dixit Franciſcus Coelius Luſitanus in prædicto tract. de immunit. Eccleſ. ſuper. l.26. quod paulo poſt copioſius explicatur in reſponſione ad 14. argumentum. verſ. *ſupradictis accedit*. & eo maxime, quia in hoc decreto Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ nominatim exprimuntur.

Verus intellectus textus cap. fin. de immunit. Eccleſ. lib 6. expugnat etiam decretū.

Decimotertio, arguunt Conſulentes de falſa interpretatione textus in cap. final. de immunit. Eccleſ. lib. 6. prætendentes continere facti ſpeciem diuerſam ab hoc decreto, quaſi quod ibi interdicantur ſtatuta prohibentia quamcunque venditionem bonorum, & omne commercium inter Eccleſiaſticos, & laicos, vnde inferebatur tale ſtatutum malo animo, & in fraudem Eccleſiaſticorum fuiſſe factum: ſecus

autem

autem eſſe cenſendum, quando ſtatutum ſolum prohibet laicis alienationem bonorum immobilium in cauſas pias, & Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas ex iuſta cauſa publicæ vtilitatis, & abſque malo animo contra Eccleſiaſticos: Sed reſpondetur iſtum fucum illi textui conatum fuiſſe facere Andream Barbatiam conſil. 30. incipit: *illud in medium referam*. nu. 10. lib. 4. vbi miris modis dilacerat & torquet verba illius Decretalis, vt defendat ſimile ſtatutum, quod emanauit principaliter ad fauorem Reipub. dicens, quod Ciuitas non videtur committere fraudem, ſi ſe, & ſuas commoditates plus diligit, quam vtilitatem Clericorum, aut Eccleſiarum: ſed textus ille non poteſt admittere talem fraudem, quia clare, & expreſſe loquitur, non ſolum quando per ſtatutum generaliter prohibetur quæcumque bonorum venditio, & omne commercium inter Eccleſiaſticos, & laicos: ſed etiam quando particulariter interdicitur cuiuſuis rei venditio, aut emptio: Hoc enim clare ſignificant illa verba: *quidquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem:* quæ poſſunt verificari in quacunque re prohibita, vendi, aut emi. Et ſimiliter verificantur in hoc decreto prohibente, vendi Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis bona immobilia, quinimo magis odioſum eſt hoc decretum, quia in dicto cap. final. quantum ad verba non videbatur violari libertas Eccleſiaſtica, licet quantum ad mentem, vt explicat ibi gloſſa, violaretur, in hoc autem decreto nedum quoad mentem, ſed etiam quoad verba infringitur, & violatur, vnde multo magis vigore illius textus reprobatur hoc decretum.

Decimoquarto, decretum ſuſtinere nituntur ſub prætextu quod non dirigatur principaliter ad Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas, ſed ad laicos rerum immobilium dominos, quibus à Principe, ſub cuius iuriſdictione exiſtunt, prohibetur, ne bona immobilia alienent: Nec eſſe conſiderabile, quod conſecutiue inferatur ne Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ poſſint acquirere: Quoniam reſpondetur, quod licet verba prohibitiua decreti directe reſpiciant laicos, intentio tamen ſtatuentium per verba indirecta reſpicit directe Eccleſiaſticos, interdicendo illis, quamcunque rerum immobilium acquiſitionem ſine conſenſu Senatus; nam non eſt

Licet verba decreti dirigatur in laicos, cũ intentio reſpiciat Eccleſiaſticos, fit contra Eccleſiæ libertatem.

curandum cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. l.cum pater. §.donationis. ff.de legat. 3. l. miles. ff.de legat. 2. l.4. §.nunc de effectu. ff.de liberat. legat. cap.quanto.de priuileg. vbi gloſ.in verbo, *ſola verba*. vbi communiter Canoniſtæ. Vnde Ancharanus conſil. 13. plura commemorans dixit, quod quamuis verba dirigantur in perſonas ſubditas, effectus tamen lædit Eccleſiæ libertatem, & Calderinus conſil. 11. de Conſtitut. reſpondit non valere ſtatutum laicorum circa res Eccleſiæ, nec eſſe curandum, quod verba reſpiciant perſonas ſubditas, cum effectus ad res ipſas dirigatur: & ſic tale ſtatutum, vtcumque directe, ſeu indirecte Eccleſias lædat, non valet. cap. quanto.de priuileg. cap.ſtatutum.il primo.de hæretic. lib. 6. & bene faciunt iura in l.quod dictum.ff.de pact. & in l.cum hi. §.ſi cum ijs. ff. de tranſact.& in cap.cum quid vna via. de regul.iur.lib.6. & eſt in terminis conſilium Ancharani.155.nu.8. & doctrina eiuſdem in repetitione cap. Canonum ſtatuta. nu. 169. de Conſtitut.Socinus conſil.56. nu.1. lib.1. Felinus in dicto cap. Eccleſia Sãctæ Mariæ.quæſt.18.nu.104.& in cap.nouerit. nu.3. de ſenten.excommunicat.Ripa in l.quominus.num.131. vbi Iaſon nu.155.& ſequen. dicens iſtam eſſe magis communẽ. ff.de fluminib. Idem Iaſon conſil.161.nu.15. lib.2. Caccialupus in l. omnes populi. nu. 94. ff.de iuſtit. & iur. Rolandus à Valle conſil.22.nu.19.lib.2. Mandellus dicto conſil.8.nu.3.& 20. Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap. perpendimus. nu.13. de ſenten. excommunicat. Ioannes Lopez tract. de libertate Eccleſiaſt.par.2.quæſt.10. nu.19. Lapus allegatione. 92.nu.3. Grammaticus deciſ. 100. nu. 10. & 14. & Doctores qui in contrarium adducuntur videlicet Ruinus, Cephalus, Ancharanus, Riminaldus, & Baldus loquuntur in diuerſis caſibus,& nullatenus in Eccleſiaſticis,nec in ſtatutis illos reſpicientibus.

Natura correlatiuorum declarat ſtatuentium voluntatem Eccleſias & Eccleſiaſticos grauare nitentium.

Supradictis accedit, quia eo ipſo, quod laici prohibentur donare,vendere, vel legare, Eccleſiaſtici tanquam correlatiui(vt dictum eſt)prohibentur acquirere, vel emere.l.final. C. de indict.viduit. tollen.vbi Iaſon nu.17.verſ. *ſecunda principalis concluſio*. dicit eſſe communem. & Felinus in procemio Decretalium.nu.4.& 6. vbi teſtatur eſſe communem. Marſilius

in

in l.ſi quis viduam.nu.18. ff.de quæſt. vbi dicit communem, & eſt textus in l.1.C.de Cupreſis.lib.11.& in hoc decreto noto notius eſt, Clericos, & eorum excluſionem eſſe primos in ſtatuentium intentione, & Eccleſiam eſſe principale ſubiectum iſtius decreti,ne ſcilicet bona immobilia acquirere poſſit: vnde cum in Eccleſia tanquam in ſubiecto terminetur, id attendendum eſt, quomodocumque verba concipiantur Cinus in l.cunctos populos. nu.11. verſ. *tu vero*. C. de ſumm. Trinit. Ancharanus in repetitione cap. Canonum ſtatuta. nu.75.de Conſtitut.

Decimoquinto & vltimo, dicunt quod bona dotalia prohibita alienari, ſimiliter non poſſunt in Eccleſias, vel Clericos transferri,licet in rem fuerit facta prohibitio: Sed reſpondetur,illo caſu non contraueniri libertati Eccleſiaſticæ, nec aliquid tali animo cogitatum, vel factum: Vnde toleratur ab Eccleſia, imo bonum publicum,& commune concurrere, ne mulieres maneant indotatæ.l.1. vbi communiter Doctores,ff. ſolut.matrim. & conſequenter expoſitæ periculo pudicitiæ prodigendæ,quod valde abhorret pietas Chriſtiana: & ſic Iure dici poteſt, tale priuilegium continere potius fauorem piæ cauſæ, quam Eccleſiaſticæ libertati repugnare, præſertim cum Eccleſia dotes mulierum protegere teneatur. cap. nuper. de donat. inter virum & vxorem. & ita in proprijs terminis reſpondet Ruinus in dicta l. filius familias. §. Diui.nu. 95.ff. de legat. 1. & quod dos nedum ſit cauſa fauorabilis, ſed etiam pia, tenuit Bartolus in l. ſi conſtante. ff.ſolut. matrim. quæſt. 9.in fine, verſ. *Ex prædictis ergo*. & late Baldus nouellus tract. de dote. part. 5. incip. *Nunc me transfero*.

Cum cauſa dotis ſit pia,ſtatuta eius fauore facta,non præiudicant Eccleſiæ libertati.

AD quintum & vltimum ordinem referuntur exempla, quibus Conſulentes vtuntur, quorum fallacia breuiter detegenda eſt.

Primum ergo exemplum deducunt de Chriſtianiſſimo Franciæ Regno ex Gulielmo Benedicto in cap.Rainutius. in verbo. *Vxorem nomine Adelaſiam*. Deciſ.2. nu. 44.vbi loquitur de amortizatione à Rege facienda.

Sed reſpondetur præter rem id exemplum commemorari,

Ius amortizationis à doctoribus Gallis reprehenſum, & à Regibus Chriſtianiſſimis ſublatum.

ri, cum receptum ſit,exemplis non eſſe iudicandum: neque ſequatur,aliquid fit in Francia, ergo recte fit, & vbique fieri poteſt: præſertim cum non defuerint ex Doctoribus Gallis, qui Ius amortizationis improbauerint: nam Petrus Iacobus Doctor Gallus antiquus & grauis in practica.tit.de ſucceſſione Regni Franciæ. fol. 76.pag. 2. col.4. Secundum vetuſtiorem impreſſionem. vel.fol. 120. pag. 2. col. 4. ſecundum recentiorem impreſſionem Lugdunen.anno 1535.verſ. *Non igitur credant Conſiliarij*. & multis ſequentibus, inuehitur in Regem & Regis Cõſiliarios, qui hoc amortizationis onus Clericis & Eccleſijs contra Sacros Canones imponere fuerunt auſi: turpiter hoc onus vocari amortizationem docet, cum potius adiuuatio debuerit appellari, quia fit ad vitam & ſalutem animæ: eos qui indiſtincte ſtatuunt, vel obſeruant,ne Eccleſia libere res immobiles poſſit acquirere,affirmat facere contra Eccleſiæ libertates, aduerſus Canonicas & Imperiales ſanctiones, & in magnas pœnas incidere: Regem autem prædictis conſentientem, & vt acquiſitionem laudet, pecuniam pro quadam finantia recipientem, aſſerit teneri eam reſtituere, & damna reſarcire in foro conſcientiæ, in foro Ciuili, & in foro Eccleſiaſtico, & obligari ad iudicandum contra ſe, vel ad conſtituendum aliquem iudicem, cui ſe ſubijciat: addit Doctores Iuris Canonici, & Ciuilis, & Magiſtros in Theologia debiliter loqui,& in ſcholis, & alibi conniuentibus oculis pertranſire, & Conſiliarios Regios ea palliare, timentes diſplicere Regi, ſi dicant veritatem: Reſpondet etiam rationibus & argumentis,quibus Ius amortizationis palliatur, docetque eſſe fallacia, & periculi plena, & expreſſe contra Sacros Canones, & propterea Confeſſores & religioſos debere conſulere Regibus, ne irritent Deum cõtra ſe in ad inuentionibus ſuis. hoc ipſum in effectu ſentit Franciſcus de Auiles in expoſitione capitum, ſeu legum Prætorum Regni Hiſpaniæ cap. 17. pag. 159.col. 1. in principio. verſ. *Sed ſic eſt*. Cœterum quidquid ſit de iſta conſuetudine, an aliquando vel introducta, vel obſeruata fuerit in Regno Franciæ, his temporibus præter Conſtitutiones antiquas Philippi Pulcri, Ludouici XI. Franciſci I. & aliorum, conſuetudine iſta non grauatur amplius ſtatus Clericorum, vt

per

per Clar. mem. Reges Chriſtianiſſimos Henricum II. Carolum IX. Henricum III. & is qui nunc fœliciter regnat Henricus IIII. prædeceſſorum ſuorum conſtitutiones in hac materia innouauit, vetuitque ne Clerus bona recens quæſita extra manum ſuam ponere, aut pro illis amortizandis quidquam ſoluere compellatur: & has conſtitutiones parlamenta Regni ſequuntur, approbantque acquiſitiones rerum ſtabilium per Clerum factas, atque immunitatem Cleri locum habere iudicant in quibuſcunque prædijs etiam recens acquiſitis: & ſuper ea re die 2. Auguſti 1585. latum fuit ſolemne arreſtum in parlamento Pariſienſi ad fauorem Carthuſianorum, quo arreſto Senatus (vt refert Annæus Robertus lib. 2. rerum Iudicatar. cap. 2.) immunitatem Carthuſianorum in quibuſcunque prædijs, ſeu antiquis, ſeu de nouo quæſitis locum habere voluit: nullo habito diſcrimine ſiue fundos ſuos colonis locent, ſiue eos proprijs ſumptibus excolant. Certe mirum eſt, cur Conſulentes incerta iſta & dubia arripuerint, cum certiora imo vero certiſſima conſiderantes, atque commemorantes adducere e conuerſo potuerint innumeras Regni Franciæ Conſtitutiones ad fauorem Eccleſiarum editas, quibus & conſtructæ magnificentiſſimæ Eccleſiæ in toto Regno, & ampliſſimis redditibus, & luculentiſſimis prædijs ditatæ fuerint, & Clero ampliſſima immunitas vbique conceſſa.

Secundum exemplum commemorant Conſulentes de ſtatuto Mediolani iuxta conſilium. 21. Signoroli de Homodeis, quod leue eſt, & parum vrgere debet, cum ſupra latiſsime oſtenſum fuerit, prædictum conſilium Signoroli communiter reprobari.

Statutum Mediolani defenſum à Signorolo non obſtare.

Tertium exemplum proponunt ex conſuetudine Lombardiæ, vbi ſimilia fieri prætendunt; Sed hoc parum mouere debet, quia ſiue vera, ſiue falſa ſit ea conſuetudo, non obſtat, cum ſit contra Eccleſiaſticam libertatem, & conſequenter damnata. Panormitanus, & Felinus in cap. cauſam. & in cap. ad aures. de præſcript. Alexander conſil. 8. lib. 1. Rota deciſ. 10. de conſuetud. in antiq. quæ ab omnibus Doctoribus laudatur. vt teſtatur Franciſcus Coelius tract. de immunitat. Eccleſ. tit. de vſu & conſuetudine.

Conſuetudinē Lombardię eſſe contra Eccleſiæ libertatem.

Quar-

Statuta Germaniæ in Geylo relata nõ ſubſiſtere.

Quartum exemplum proponitur de quibuſdam ſtatutis Germaniæ, vt refert Andreas Geyl lib. 2. practicar. obſeruat. Obſeruatione. 32. Sed animaduertendũ eſt, quod poſtquam ibi Andreas ille pro libertate Eccleſiaſtica conſtituiſſet tutas & legitimas concluſiones; poſtea iuxta terminos conſil. 21. Signoroli de Homodeis putauit ea ſtatuta valere: ſed cum ſupra late oſtenſum fuerit Signorolum communiter reprobari, & omnes eius rationes fuerint exploſæ, infirmum remanet hoc exemplum, & merito pariter explodendum eſt.

Quintum exemplum commemorant Conſulentes de legibus Portugaliæ ex Ludouico Molina tom. 1. de Iuſtitia. tract. 2. diſputat. 140. verſ. *Quin de Iure.* Vbi dixit de Iure Luſitaniæ Regni. lib. 2. Ordinationum. tit. 8. in princ. & §. 1. neque Eccleſias, neque Monaſteria emere poſſe bona aliqua immobilia abſque Regis facultate. Quod ſi vel ſucceſsione, vel donatione aliqua illis aduenian t, teneri intra annum, & diem ea alienare, niſi obtineant facultatem à Rege, vt illa ſibi retineant.

Leges Portugaliæ non poſſe Venetis ſuffragari.

Oportuit hunc hominem in re grauiſsma cauſam, vt acta fuerat, vel enarraſſe, vel tacuiſſe, ne quiſquam eo exemplo deciperetur. Res ergo ita ſe habuit, vt conſtat ex Regeſtis Romanorũ Pontificum Innocentj III. Honorij III. Innocentij IV. Clemẽtis IV. Gregorij X. Martini IV. & Nicolai IV. Reges Portugaliæ Sancius & Alphonſus eius nominis III. & Dionyſius quaſdam prauas conſuetudines & leges contra Eccleſiaſticam libertatem in eo Regno introductas moniti ſunt abolere: ſed quia facere diſtulerunt Alphonſus & Dionyſius excommunicati fuerunt, *Et Regnum interdicto ſuppoſitum.* Interim cum Romæ actum eſſet de articulis Eccleſiæ immunitati præiudicalibus emendandis, cauſa concordata fuit, & Rex Dionyſius precibus Prælatorum Regni Portugaliæ à Nicolao Papa. 4. fuit abſolutus cum à Gregorio X. fuiſſet excommunicatus, ad quem effectum fuit habitum publicum Conſiſtorium, in quo Regis Dionyſij Oratores præſtiterunt iuramentum in animam Regis de parendo mandatis Eccleſiæ, vt conſtat ex litteris Nicolai IV. datis Romæ apud Sanctã Mariam Maiorem. x. Kalen. Aprilis Pontificatus ſui anno. ij. ideſt, anno Domini. M. CC. XC. Portugalenſes quoque omnes

nes fuerunt à vinculo, quo tenebantur abſoluti. Hoc ipſum explicauit Franciſcus Coelius in fine ſui operis ſupra allegati, vbi ponit articulos, & dicit ſe vidiſſe Bullas, narrat tenorem ipſarum, & affirmat fuiſſe ſibi oſtenſas de mandato Regis Ioannis III. ad effectum, vt reperiretur quid eſſet in Regno ſuo contra Eccleſiaſticam libertatem: Nam Franciſcus ille tunc erat auditor menſæ conſcientiæ Regis, & dicit eas ſeruari in Turri de Tomo: vnde cum negotium iſtud fuerit auctoritate Sedis Apoſtolicæ emendatum, ſiue ſtabilitum, exemplum Portugaliæ non ſuffragatur Venetis, quos oportet ſui decreti ſimiliter errorem agnoſcere, atque ad eandem Sedem Apoſtolicam recurrere, reuocatis ſimilibus decretis, exemplo potentiſſimorum Imperatorum, qui ſæpe vel ſuas, vel anteceſſorum leges iniquas, aut inhoneſtas reuocauerũt: cuius rei exempla frequentia extant. & tradunt Baldus & alij in Authen. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. Authen. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ.

Ex prædictis patet decretum de quo agitur non poſſe ſubſiſtere tanquam nullum ex defectu poteſtatis, & quia expreſſe eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ nihil aliud eſt, quam ſtatus primæuus ipſius Eccleſiæ, in quo fuit à Deo inſtituta, ſicut in homine libertas eſt ſtatus primæuus ipſius hominis, & propria eius naturalis facultas. l. libertas. ff. de ſtatu hominum.

Confutatio ſecundi decreti, ne ſine ſpeciali licentia Senatus Eccleſiæ ædificentur.

Alterum Decretum, quo primum Senatus cauerat, ne quiſquam, ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus in Vrbe Venetiarum Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, atque alias Religioſas domos, & pia loca, ſine eorum ſpeciali licentia fundaret, & erigeret, & iterum in conſilio Rogatorum congregatus decreuit, vt id eandem in omnibus Iuriſdictionis eorum locis vim obtineret, & præterea exilij, ac perpetui carceris, & publicationis fundi, venditioniſque ædificij contra ſecus facientes pœnam edixit: De duobus diſponit, videlicet de Eccleſijs materialibus, & de illarum miniſtris: quod ſimiliter eſt inualidum: ſicut euidenter apparebit, cum ſuo ordine oſtenderimus:

Primo, totum hoc negotium ædificandarum, & conſecrandarum Eccleſiarum, opus quaſi diuinum eſſe, & conſequenter procul ab officio, & munere Ciuilium magiſtratuum.

Secundo, inſpecto fine, ad quem Eccleſiarum ædificationes, & conſecrationes referuntur, Principes ſæculares ſuper iſtis non habere Iuriſdictionem.

Tertio, huius rei curam in Republica Chriſtiana, non quibuſuis indiſtincte, ſed ſolis Pontificibus diuinitus fuiſſe commiſſam: qui & Eccleſias ædificandas, & loca ædificandarum proprio Iure conſtituunt, & ædificatas ſolemni ritu conſecrant, atque ſanctificant.

Quarto, firmis rationibus probari eiuſdem decreti inualiditatem, tum in genere, tum in ſpecie iuxta ſingulas eius partes.

Quinto,

Quinto & poſtremo, Cōſulentium rationes eſſe infirmas, & fallaces, vt patebit ex ſingulis earum ſolutionibus.

ANtequam ſuo ordine prædicta demonſtrentur, præfari oportuit in hac decreti confutatione, nomine Eccleſiæ non intelligere nos Chriſtianorum collectionē, ſiue vniuerſitatem, quæ vnius veri Dei cultu, vniuſque veræ fidei profeſsione continetur, iuxta illud Diuini Pauli ad Epheſios, cap. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam: & ſe ipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit Sancta & immaculata.* Quibus verbis Apoſtolus (vt explicant communiter Sacri Doctores) non intellexit Eccleſiam materialem parietibus & tectis conſtantem, ſed conuocationem multorum ad vnius Dei cultum, vt copioſe etiam demonſtrauit Ioannes Cardinalis de Turrecremata in Summa de Eccleſia. lib. 1. cap. 1. ſed agere (vt Conſulentes intelligunt) de Eccleſijs materialibus, ad quas conuenire ſolent fideles ad orandum, & preces ad Deum fundendas: ad audiendum verbum Dei, ad offerenda ſacrificia, & ad diuina ſacramenta recipienda.

Eccleſiæ nomine in hac diſputatione, nō intelligitur congregatio fidelium, ſed Eccleſia materialis.

Ad prædictos enim effectus Eccleſiæ materiales diuina ordinatione conſtituuntur: quas Sacri Canones, quandoque *Domum orationis*. cap. Eccleſia. de immunit. Eccleſ. quandoque *Templum*. cap. eijciens. 88. diſtinct. quandoque *Baſilicam*. cap. Baſilicas. & cap. ſiquis baſilicam: de conſecrat. diſtinct. 1. quandoque vero *Oratorium* cap. lator. 16. quæſt. 5. appellauerunt.

His præmiſsis quantum ad primum, notum eſt Sacras literas, & ſanctorum teſtimonia attente conſiderantibus, ædificationem Eccleſiarum opus quaſi diuinum eſſe, & ad diuinum cultum ita pertinere, vt magna illius pars eſſe videatur: Quam Deus peculiari quadam prouidentia reſpexit, & hominibus commendauit: nam in Deuteronomio cap. 12. Poſtquam Moyſes iubente Domino iuſsiſſet populo Iſraelitico ſubuertere omnia loca, & delubra, & aras, in quibus

Opus quaſi diuinum eſt ædificatio Eccleſiarum.

Gentes Deos ſuos coluerant, mox de loco ſiue de ſacro templo, in quo orandum, & ſacrificandum erat, præcepit in hæc verba: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis Tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis: & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras, decimas, & primitias manuum veſtrarum, & vota atque donaria.* Hæc ibi. Quo loco Nicolaus de Lyra ſuper illis verbis: *Quem elegerit Dominus.* Singulariter quaſi rem diuinam notans dixit: iſtum locum non fuiſſe ſecundum voluntatem hominum determinandũ. Et iterum in Deuteronomio cap. 16. *Non poteris immolare Phaſe in qualibet Vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi:* Sanctus quoque Auguſtinus Sermon. 256. de tempore, ſiue Sermone. 5. de Anniuerſario dedicationis Eccleſiæ vel altaris, qui incipit: *Celebritas huius congregationis*. cap. 6. de eodem argumento differens, vniuerſam cauſam, quaſi opus diuinum deſcribens, à Deo prodire affectum conſtruendarum Eccleſiarum, & volentibus inſpirare, & adiuuare conatum, vt ædificent, atque opus perficiant, luculenter docuit his verbis: *Principaliter gratias agamus Domino Deo Noſtro, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum: & eius bonitatem tota cordis alacritate laudemus, quoniam ad conſtruendam iſtam domum orationis fidelium ſuorum viſitauit animum, excitauit affectum, ſurrogauit auxilium: inſpirauit necdum volentibus vt vellent, adiuuit bonæ voluntatis conatus, vt facerent, ac per hoc Deus, qui operatur in ſuis, & velle, & perficere pro bona voluntate, hæc omnia ipſe cœpit, ipſe perfecit. Et quia bona opera in conſpectu ſuo nunquam eſſe permittit inania, fidelibus ſuis, quibus operantibus præbuit virtutis ſuæ fauorem, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agendæ ſunt gratiæ Deo Noſtro: Hanc enim Eccleſiam, quam fecit nomini ſuo conſtrui, fecit etiam Sanctorum Martyrum reliquijs amplius honorari.* Hæc Auguſtinus.

Cum Eccleſia Catholica in officio dedicationis Eccleſiæ canit: *O quam metuendus eſt locus iſte: vere non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta Cœli:* Aliquid opere terreno maius, & excellentius ſignificat: quod non ſit fas profanis auſibus pertractare: & merito quidem cum Deus initia inſpiret: affectum excitet: auxilium præſtet: conatum roboret: voluntatem

con-

confirmet, & vires: vt opus cœptum fœliciter perficiatur: Vt vere cum Diuino Paulo ad Galatas. cap. 5. dicere liceat. *Si ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege.* Id eſt, ſub Principe terreno, qui legibus ſuis diuina hæc opera vel prohibere, vel impedire, vel ſicut ſibi placuerit, præſcribere poſsit. Cui ſicut non incumbit cura adminiſtrandi diuina, ſic nec poteſtas competit eligendi loca, vbi diuina officia Domino perſoluantur.

QVod adhuc patet apertius ex eo, quod ſecundo loco dicere propoſuimus, videlicet ex fine, ad quem Eccleſiarum conſtructiones, & conſecrationes referuntur: Nam eo conſiderato, nec debet, nec poteſt hoc munus, quod ſibi vſurpat Senatus, ad Ciuiles Magiſtratus pertinere.

Eccleſiæ ædificantur ob preces ad Deum & Sanctos fundendas.

Primo enim Eccleſiæ ædificantur propter orationes, & preces ad Deum fundendas, quia licet Deus ex omnibus, & in omnibus locis inuocari poſsit, iuxta illud Diuini Pauli. 1. ad Thimoth. cap. 2. *volo viros orare in omni loco.* Id tamen peculiari quodam myſterio, feruentius, & decentius fit in Eccleſijs, & locis Deo dicatis. Eſaiæ. cap. 56. *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.* & Iudith. cap. 6. *Conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra Eccleſiam orauerunt, petentes auxilium à Deo.* & Dauid Pſal. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum.* & Pſal. 17. *& exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam.* & Pſal. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hieruſalem.* Ideſt, tu debes laudari, ſeu tibi debet exhiberi laus in Sion, & Hieruſalem; quibus ſignificatur Eccleſia. & Dominus apud Matth. cap. 21. *Domus mea domus orationis vocabitur.* Apoſtoli etiam exemplo ſuo in templo orandum docuerunt: *Nam Petrus & Ioannes oraturi in templum aſcendebant ad horam orationis nonam.* Act. cap. 3. Vnde merito templa, & Eccleſiæ dicta fuerunt oratoria, vt obſeruauit Vvalafridus Strabo. in lib. de rebus Eccleſiaſt. cap. 10. Cuius diuinæ ordinationis triplicem rationem aſsignat Sanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 84. artic. 3. ad ſecundum argumentum. Quem refert & ſequitur Ioannes Stephanus Durantus lib. 1. de ritibus Eccleſiæ Cathol. cap. 26. nu. 3. Primum, propter loci conſecrationem, ex qua ſpiritualem deuotionẽ

con-

concipiunt orantes, vt magis exaudiantur. Cuius exemplum extat lib. 3. Regum cap. 8. & explicat Caietanus apud S. Thomam. 3. part. quæſt. 83. artic. 3. ad tertium argumentum. Secundam, propter ſacra myſteria, & alia ſanctitatis ſigna, quæ ibi continentur. Tertiam, propter concurſum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis. Hæc ſanctus Thomas. & conſentiunt Patres, ſanctus Chryſoſtomus homilia 79. ad populum Antiochenum dicens: *Domi quidem orari poteſt, vbi in Eccleſia non poteſt, vbi tanta Patrum multitudo: vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur: non ita Dominum per te ſolum orans audieris, vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid eſt, puta vnanimitas, & conſonantia, charitatiſq. vinculum, & ſacerdotum orationes: propterea namque ſacerdotes præpoſiti ſunt, vt multitudinis orationes cum ſint infirmiores hiſce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cælum aſcendant.* Idem homilia 3. de incomprehenſibili Dei natura: *Etſi domi datur orandi facultas: tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores, quam in Eccleſia, vbi tot Patres, vbi clamor felici ſocietate excitatus ad Deum immortalem refertur. Eſt enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, conſpiratio, copula amoris, & charitatis, ſacerdotum clamores, plus neruorum in ea eſt, & multo audientia maior, quam in illa domeſtica, & priuata.* In eandem ſententiam ſanctus Baſilius epiſtol. 68. *Oratio quæ non eſt comprecatores nacta, multo eſt ſe ipſa languidior, atque debilior.* & ſanctus Ambroſius in lib. de pœnitent. *Multi minimi dum congregantur vnanimes, ſunt magni: & multorum preces impoſſibile eſt contemni.* & Tertullianus in Apologetico aduerſus Gentes. cap. 39. *Coimus in cœtum, & congregationem, vt ad Deum quaſi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt.* Hinc & propter Eccleſiarum venerationem, & propter fidelium eas frequentantium deuotionem, Angeli ſua ſæpe præſentia eaſdem viſitare, & munire ſolent. Quod Iacob agnouit Geneſ. cap. 28. quando ſcala in Bethel erecta, vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes. Et Dauid Pſal. 137. teſtatur dicens: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Et Dauidi conſentiens diuinus Paulus Apoſtolus. 1. Corinth. cap. 11. dicit: Angelos cœtibus fidelium aſſiſtere, & intereſſe, & præeſſe precibus noſtris: vnde iubet mulierem orantem velare caput ſuum, tum propter verecun-

Ité propter ſacra myſteria, & concurſum multorum adorantium.

diam:

diam : tum propter Angelos, ideſt, ne præſentes Angelos offendat, vt interpretantur ibidem ſacri Doctores, & Gilbertus Genebrardus in Pſal. 137. verſ. *in conſpectu Angelorum*.

Conſtruuntur rurſus Eccleſiæ propter vota, & ſacrificia, quæ in locis ſacris & Deo dicatis offerri ſolent, & debent, ſicut plene docuit lex Moyſis in Deuteron. cap. 12. & alibi: quod breuiter Dauid Pſal. 115. commemorauit dicens: *vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Hieruſalem*. Item propter ſacramentorum diſpenſationem, quæ regulariter, vt docuit Vvalafridus Strabo in libro de rebus Eccleſiaſtic. cap. 10. in Eccleſijs celebrari & miniſtrari iubentur.

Itē propter vota, & ſacrificia, quæ in locis Deo dicatis offerri ſolent.

Demum propter doctrinam, & doctrinæ verbum, quod populo in Eccleſijs diſpenſari conſueuit, ædificantur templa, & loca ſacra Deo dicantur, vt oſtendit Moyſes, qui Deuteron. cap. 5. ad oſtium tabernaculi (vt præcitato loco ait idem Vvalafridus) mandata Domini populo expoſuit. Et ipſe Dominus dum in terris ageret exemplo ſuo ſæpe confirmauit: nam duodennis inuentus eſt in templo in medio Doctorum ſedens Lucæ. cap. 2. & Lucæ. cap. 8. dicitur: *& erat quotidie docens in templo*. & frequenter in Euangelio reperitur in templo ſermonem feciſſe. & apud Ioannem cap. 18. tempore paſſionis ſuæ interrogatus de doctrina, reſpondit: *Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt*. Apoſtoli etiam Act. cap. 5. moniti ab Angelo, verba vitæ plebi prædicare iubentur: qui diuinis iuſſionibus obedientes, & intrantes diluculo in templum, ſicut eis fuerat ordinatum, plebem docuerunt.

Demum Eccleſiæ ædificantur propter doctrinę verbū, quod in eis diſpenſari conſueuit.

Cum ergo Eccleſiæ materiales tot modis ad ſpiritualia, iſta myſteria celebranda referantur, & venerabili quodam quaſi vinculo, & cognatione proxime cum tot diuinis myſterijs & functionibus ſpiritualibus coniungantur, & connectantur, nec decet, nec debet earum conſtruendarum munus ad Ciuiles Magiſtratus pertinere: ſicut neque ob ſimilem rationem res illæ, quæ ſpiritualibus cauſis ſunt connexæ pertinent ad iudicium Magiſtratuum ſæcularium, qualia ſunt iuſpatronatus cap. quanto. de iudic. vbi gloſ. in verbo, *connexa*. & ſimilia de quibus non iudicant laici. cap. cum laicis. §. 1. verſ.

De rebus annexis ſpiritualibus nō poſſunt iudicare ciuiles Magiſtratus.

1.verſ. *nec non*: de rebus Eccleſ.non alienan. vbi gloſ. & communiter Canoniſtæ. Quamquam enim Eccleſiæ materiales propriæ non dicantur res ſpirituales, quales ſunt gratia, & virtutes, quæ proprie, & eſſentialiter dicuntur ſpirituales, participatiue tamen & quaſi præuiæ & deputatæ ad vſum ſpiritualium,inter res ſpiritualitati annexas recenſentur, ſicut cœmeteria,vaſa ſacra, & ſimilia. ſanctus Thomas lib. 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt.3. artic.2. quæſtiuncula 3. Archidiaconus in cap.in noua. 16. quæſt.7. Abbas in cap. conſulere.nu.3.de Simonia.late Ioannes de Friburgo in ſumma confeſſorum.lib 1.tit.1.de Simonia. quæſt. 1. & Remundus Rufus in defenſione pro Pontifice Maximo, & toto ordine ſacro. contra Molinæum. pag. 411. & 412. Vbi inter annexa ſpiritualibus numerat quæ ſacramentorum celebrandorum cauſa parata ſunt,vt vaſa ſacra,delubra,fana, cœmeteria, & alia quæ officijs ſacris peragendis dedicata ſunt. & merito, quoniam,vt inquit gloſſa in dicto cap.quanto. in verbo,*connexa*. de iudic.quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de rei vendicat. & ex tali cohærentia naturam ſuam ſortiuntur.cap.ſuper eo. de parochijs. & conſequenter iſta per Iudicem Eccleſiaſticum tantum tractari debent. ſic communiter Canoniſtæ cum gloſſa in cap.quanto. de iudic. Curent ergo Ciuiles Magiſtratus profana opera,& ſint quantum voluerint ſolliciti de ædificijs Reipublicæ ſæcularibus hoc vel illo modo conſtituendis,illa vero quæ ad ſupradictos fines diuinos, & ſupernaturales referuntur, Pontificibus Eccleſiæ libere relinquant.

Eccleſiarum ædificandarum cura ſolis Pontificibus incumbit in Repub. Chriſtiana.

HAec ex eo etiam luculentius cōprobantur, quod tertio loco oſtendere promiſimus,videlicet in Republica Chriſtiana, non quibuſuis indiſtincte,ſed ſolis Pontificibus eã curam fuiſſe commiſſam cap.perlectis.verſ. *ad Epiſcopum*. 25.diſtinct. ibi: *ipſe tamen* [Epiſcopus] *eſt praeordinator in cunctis*.cap. quicunque.16.quæſt.1. ibi: *Quicunque voluerit in ſua proprietate Eccleſiam ædificare,& conſenſum, & voluntatem Epiſcopi habuerit in cuius parochia eſt, licitum ſit*. & cap. lator. 16. quæſt.5. & cap. Quidam Monachorum.18.quæſt.2. ibi: *placuit igitur neminem aut ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum ſine con-*

ſcien-

ſcientia ipſius ciuitatis Epiſcopi. cap. Eccleſia. 8. de conſecrat. diſtinct. 1. ibi: *nec ipſa debet abſque præceptione Papæ baſilica nouiter conſtrui*. & cap. nemo Eccleſiam. 9. eadem diſtinct. ibi: *Nemo Eccleſiam ædificet antequam Epiſcopus ciuitatis veniat, & ibi crucem figat*. & cap. ad audientiam. & cap. final. de Eccleſijs ædificandis. & cap. 1. & cap. ad hæc. de Religioſ. domib. & cap. cum olim. §. inſuper. de priuileg. & cap. auctoritate. eodem tit. lib. 6. & cap. 1. de exceſſib. Prælat. eodem libro. Quod etiam Iure Ciuili cautum legitur in Authent. de Eccleſiaſt. tit. §. ſancimus igitur. & in Authent. vt nullus fabricet Oratorij domos præter voluntatem Epiſcopi. Et vtrobique Doctores, & ſignanter Iacobus de Beluiſo. verſ. *Epiſcopo inchoante ædificium*. & in Authentico de Monachis, ſiue Nouella. 5. cap. 1. vbi eſt ſermo de ædificatione Monaſteriorum. & adſtipulantur vbique Doctores: Ioannes Cardinalis de Turrecremata in dicto cap. nemo. de conſecrat. diſtinct. 1. nu. 5. Antonius de Butrio in cap. 2. nu. 5. de Eccleſijs ædificandis. Abbas in cap. nobis. nu. 2. de Iurepatron. Idem conſil. 89. nu. 2. lib. 2. Hoſtienſis in ſumma tit. de Religioſis domib. §. quis dicatur. verſ. *videntur tamen dicere*. & verſ. *& ædes ſacra*. & §. quis poſſit fundare. & tit. de Iurepatronat. §. ex quibus proueniat. & tit. de Eccleſijs ædifican. §. cuius auctoritate. & tradit late Lambertinus de Iurepatronat. par. 1. lib. 1. artic. 3. quæſt. ſecundæ principalis. nu. 3. & 4. & Paulus de Citadinis eodem tract. par. 3. nu. 3. & 7. in fine. Silueſter in ſumma verbo: *Eccleſia*. in princip. Franciſcus de Pauinis Rotæ Auditor tract. de Viſitatione. par. 1. quæſt. 7. nu. 19: Gregorius Lopez. l. 1. gloſſa. 5. tit. 10. partita. 1. & Petrus Gregorius in Syntagmate iuris vniuerſi. lib. 2. cap. 1. de ſacroſanct. Eccleſ. nu. 10.

Optima vero ratione conſtitutum fuit, vt Pontificum, & Epiſcoporum, non autem Principum ſæcularium conſenſus & licentia ad Eccleſias ædificandas exigatur: Quoniam præter ſupradicta ante conſtructionem Eccleſiarum, vel Monaſteriorum multa explorare oportet, quæ eorum curæ commiſſa ſunt, qualia ſunt prouentus: luminaria in oleo, vel in cera: miniſtri neceſſarij: eorumque neceſſaria ſtipendia: Iſta enim prius conſtituere debet, qui ædificare deſiderat, ne in Eccleſijs, & pijs locis ædificatis cultus diuinus deſtinatus deficiat.

Cum ante Eccleſiarum ædificationem multa conſiderare oporteat ad munus Pontificum pertinentia, iure ædificationis cura ad eos pertinet

ficiat.cap.piæ mentis.16.quæſt.7. Et in Authentico,vt determinatus ſit numerus Clericorum.§.1.& in Authentico,vt nullus fabricet Oratorij domos.cap.2. ibi: *Deinde non aliter quempiam Eccleſiam ex nouo ædificare,priuſquam loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum,& definiat menſuram quam deputat,& ad luminaria, & ad ſacrum miniſterium, & ad incorrumpenda domus cuſtodiam, & obſeruantium alimenta*. Hæc ibi.

Multo magis id obtinebit ſi Eccleſia ædificanda ſit parochialis futura.

Quod multo magis procedit ſi Eccleſia ædificanda futura ſit parochialis, tunc enim conſiderare debet Epiſcopus, an parochia remotiores habeat fines,quos incolæ hyemali tempore peragrare poſſint. cap.ad audientiam. de Eccleſijs ædificandis. Item an illud qualitas temporis exigat. cap. & temporis qualitas.16.quæſt.1. vel ſi incrementum populi ſit notabile.cap.fœlix.cap.multis. & cap.præcipimus.16.quæſt. 1.Quæ cum eius generis ſint,vt à Pontificali Poteſtate peragi debeant,ſine vlla prorſus ratione,& contra libertatem Eccleſiaſticam prætenduntur ad auctoritatem ſæcularium Magiſtratuum pertinere. Vnde ſapienter ſanctus Ambroſius epiſtol. 33. ad Marcellinam ſororem relata à Gratiano, in cap. conuenior.23.quæſt.8. dixit: *Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt Imperiale aliquod ius habere,noli te extollere,ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus,ſcriptum eſt: Quæ Dei;Deo,quæ Cæſaris,Cæſari. ad Imperatorem palatia pertinent,ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum*. Hæc S.Ambroſius,quæ merito Venetis dici poſſunt.

Legiſlatores etiam ſæculares agnouerūt, locum ſacrum ſine Pontificū auctoritate fieri non poſſe.

Agnouerunt etiam hoc olim Romani Legiſlatores,qui licet diffinierint locum religioſum priuata auctoritate fieri poſſe.§.religioſum.Inſtitut.de rerum diuis. ſacrum tamen ſine Pontificum auctoritate fieri non poſſe conſtituerunt. §.ſacræ res. Inſtitut.de rerum diuiſ.vbi nulla auctoritas,vel licentia Ciuilis Magiſtratus requirebatur. Et notauit ibi Cuiacius ex Aelio Gallo dicente: *quod priuati ſua religionis cauſa Deo dedicant, id Pontifices Romanos non exiſtimare ſacrum*. Amplius notauerunt Ioannes Faber. in §.nullius. nu. 1. verſ. *vnde hodie*. Inſtitut.de rerum diuiſ.& Angelus Aretinus in §.ſacræ res.nu.1. in fine. eodem tit. & Silueſter Aldobrandinus in additione ad gloſſam in verbo: *Pontifices*. affirmantes,quod quidquid olim aſſumerent ſibi, vel vſurparent Imperatores, quando

etiam

etiam Pontifices erant,hodie tamen certum eſt, nihil ad Imperatorem pertinere de talibus ordinare.

Supradicta confirmantur ex proprietate, ſeu definitione Eccleſiæ,quam tradit Lucas de Penna in l.id ab vna. nu.6. C. de annonis,& tribut.lib.10. dicens: *Eccleſiam corporalem eſſe domum,ad honorem Dei per Epiſcopum ædificatam*. Illa enim verba: *per Epiſcopum ædificata*. non aliter intelliguntur, quam quia cum auctoritate Epiſcopi ædificatur. cap.auctoritate.de priuileg.lib.6. Et quia eius auctoritate ædificatur, ab ipſo ædificata cenſetur.l.1.C.de veteri iure enucleand. cap.hinc etiam. 16.diſtinct. Quod ſi ædificatio penderet à licentia, & voluntate Senatus ſæcularis,iam auctoritas Epiſcopi eſſet ſublata, & Princeps ſæcularis faceret quod lege prohibitum eſt, in manifeſtum præiudicium, & violationem Eccleſiaſticæ immunitatis. Idem comprobatur ex diffinitione Eccleſiæ.

De Monaſteriorum conſtructione idem eſt iudicium, ea enim ab Epiſcopo non minus quam Eccleſiæ ordinanda ſunt. cap. de Xenodochijs. de Religioſis domib. cap. ſi quis Epiſcoporum. 16.quæſt. 5. cap.Monaſteria. 18.quæſt.2. Concilium Chalcedonenſe.cap.4.refert Gratianus in cap. quidã. 18.quæſt.2. & Anſelmus lib. 5. cap. 54. Concilium Nicenum ſecundum.cap.17. Concilium Aurelianenſe. cap.24. Concilium Agatenſe.cap.58. Concilium Epaunenſe. cap.10. refert Burchardus.lib.8.cap.74. & Iuo par.3.cap.165. & par.7.cap. 92. & Antonius Auguſtinus in Epitome iuris Pontificij lib.9. de Monachis. tit.1. Cura Monaſteriorum ædificandorum etiã pertinet ad Põtifices.

Quæ de conſtruendis Eccleſijs, & Monaſterijs proxime dicta ſunt, ad pia quoque hoſpitalia referri debent: ſi quis enim fundans hoſpitale vult illud Eccleſiaſtica libertate gaudere, tunc Epiſcopi auctoritas interuenire debet. Paulus de Citadinis. tract. de iurepatronat. par. 3. num. 7. & Lambertinus de iurepatron. par. 1. lib. 1. artic. 3. quæſt. ſecundæ principal. num.4. verſ. *quam ſimiliter tenet*. quibus conſentit Hoſtienſis in ſumma tit. de Regularib.§.quis ſit regularis. verſ. *quid de ruſticis*. & verſ. *ſolutio*. & tit.de religioſis domibus. §.quis dicatur locus Religioſus. verſ. *& ſunt*. & verſ. *& nota*. & verſ. *quis poſſit fundare*. & Angelus Aretinus in §. ſacræ res. nu. 2. verſ. *xenodochia, & hoſpitalia*. Hoſpitalia enim Epiſcopi Idem iudicium eſt de pijs hoſpitalibus.

auctoritate fundata ad eius ordinationem pertinent. cap. de xenodochijs. de religioſis domibus.

Iure canonico Græcorum ad Epiſcopos defertur munus ædificandi Eccleſias.

De Iure etiam Canonico Græcorum hæc cura ædificandarum Eccleſiarum ad Epiſcopos pertinebat, vt conſtat ex Nomocanone Photij, vbi titulus extat, qui eſt ſecundus, *De extructione Eccleſiarum: & de ſacris vaſis, & donarijs, & Clericis, qui præter Epiſcoporum ſententiam altaria erigunt*. vbi Theodorus Balſamon idem Epiſcoporum munus extendit ad Xenodochia, & Noſocomia, & Gerocomia, & Orphanotrophia, quæ ſunt pia loca, dicens Epiſcopum curare debere, vt Eccleſiarum, & iſtorum locorum piorum extructiones fiant ſecundum quod teſtatores ordinauerint: Epiſcopo autem negligente, cogit Metropolitanus id quod diſpoſitum eſt, impleri. Magiſtratus ergo ſæculares non vſurpabant ſibi hoc munus, quia ad negotia Eccleſiaſtica pertinebat, ſuper quibus nulla eis competebat auctoritas.

ET quamuis ex prædictis videatur ſatis confutatum prædictum decretum, & ipſius iniuſtitia patenter detecta, adhuc tamen apertius oſtendenda eſt eius iniquitas & inualiditas, tum in genere reſpectu totius decreti: tum in ſpecie conſideratis ſingulis eius partibus.

Inualidum eſt decretũ & contra Eccleſiæ libertatem, cum auferat liberã facultatem Eccleſias ædificandi.

Primo ergo decretum eſt inualidum, & contra libertatem Eccleſiaſticam, quoniam ſecundum Iuris Canonici diſpoſitionem, nedum libere licet Eccleſias ædificare, ſed etiam ad eas ædificandas fideles inuitantur. cap. boni Principis. 96. diſtinct. cap. futuram. 12. quæſt. 1. & vtrobique Canoniſtæ. Gratianus in cap. nullus Epiſcopus. §. qui autem. 1. quæſt. 1. vbi affirmat, infames eſſe cenſendos, qui Eccleſijs ædificandis vel conſecrandis lapidem benedictum, vel conſecrationem ſubtrahunt, ad quod probandum inducit Canones. Quod eo magis affirmandum eſt, quoniam, vt ſupra dictum fuit, ædificare Eccleſias, opus eſt quaſi diuinum, & de Apoſtolica traditione deſcendens, quas Apoſtoli cum Euangelica prædicatione Mundum erudirent, propter fines & effectus ſupra explicatos, vbique ædificandas docuerunt, vt conſtat ex Philone in libro de vita contemplatiua, & Euſebio lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 16. & Nicephoro Calliſto lib. 2. hiſtoriæ

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticæ cap.40. & 41. & 42. & eſt etiam contra Ius Ciuile, vt mox patebit.

Secundo, eſt inualidum & iniuſtum, quoniam eſt contra priuilegia conceſſa Eccleſijs, vel à Deo, vel à Romanis Pontificibus, vel ab Imperatoribus. Innocentius in cap. nouerit. de ſenten. excommunicat. Lapus allegat. 92. nu. 1. Abbas conſil. 83. lib. 1. Decius in Anthen. Caſſa & irrita. nu. 17. & 18. C. de ſacroſan. Eccleſ. & fuit late deductum ſupra in confutatione primi decreti. Eſſe autem contra diuinum priuilegium à Deo conceſſum ex eo fit manifeſtum, quoniam auctore Deo fabricantur Eccleſiæ, & templa, in quibus à fidelibus ſit colenda & adoranda diuina Maieſtas, vt ſupra in 1. & 2. articulo oſtenſum fuit, & probatur in cap. tabernaculum. de conſecrat. diſtinct. 1. Idem decretum eſt contra Apoſtolicam traditionem, & Romanorum Pontificum priuilegia per ſacros Canones frequenter Eccleſijs conceſſa, & ſignanter in dicto cap. Boni Principis. 96. diſtinct. & in cap. futuram Eccleſiam. 12. quæſt. 1. & toto tit. de Eccleſijs ædificandis. in Decretalibus. Eſt etiam conrra priuilegium à Iure Ciuili Eccleſijs ſæpe conceſſum. l. 1. & l. generali. & l. final. C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi cum indiſtincte omnibus permittatur, vt Eccleſijs poſſint donare, & legare, cõſequenter intelligitur conceſſum ædificare, quoniam qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens. l. illud. ff. de acquiren. hæredit. l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudic. eſt etiam textus de Iure Ciuili in Authentico de Eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis voluerit fabricare. vbi nedum non prohiberur Eccleſias fabricare, verum e conuerſo cauetur, vt ſi quis vel nouam cœperit ædificare baſilicam, aut vererem renouare, & opus diſtulerit, eam complere ab Epiſcopo compellatur.

Item eſt inualidum cum auferat priuilegia ad id competentia.

Tertio idem decretum nedum eſt nullum & inualidũ, ſed etiã ſacrilegum, tamquam impeditiuum & diminutiuũ cultus Diuini. cap. ex parte. de Conſtitut. Quoniam templorũ & Eccleſiarum, & Monaſteriorũm fabricæ ad eum potiſſimum finẽ deſtinantur, vt ad eas conuenientes fideles, Deus, & eius Sancti in eis colantur, honorentur, & inuocentur: vt enim paulo antea in ſecundo præſuppoſito, ſiue articulo oſtendimus, Eccleſiarum conſtructiones, & fabricæ ad Diuinum cultum

Eſt etiã ſacrilegum: quia eſt impeditiuum & diminutiuũ diuini cultus.

tum etiam peragendum conſtituuntur. Deuteron. cap. 12. Eſaiæ.cap.56. lib.3.Regum.cap.8.lib.2.Paralipom.cap.6.ſanctus Ambroſius in lib.de exhortatione virginitatis,in dedicatione Eccleſiæ ſanctorum Vitalis & Agricolæ. ibi: *fiat tibi in honorem ſanctificationis omne ſacrificium,quod in hoc templo fide integra, pia ſedulitate defertur*. Sanctus Thomas. 3. par. quæſt.83. artic.3.ad 2.argumentum. Vvalafridus Strabo in libro de rebus Eccleſiaſticis.cap.9. & Ioannes Stephanus Durantus lib. 1. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ. cap. 24. nu.7. & ſequen. & cap.26.nu.3.& ſeq.& magna quidem ratione hunc honorem ſanctis Eccleſijs deferre oportet,quoniam in illis,non vt olim ſanguis taurorum & hircorum immolatur, ſed æterno Patri incruentum ſanctiſſimi filij ſui & Domini noſtri IESV Chriſti offertur ſacrificium.cap.tabernaculū. §. fecit ergo.verſ.*ſi enim Iudas*.cap.Miſſarū.cap.nullus presbyter.deConſecrat.diſtin.1.

Non licet prohibere Eccleſiarum ædificationē, ſicut nec licet cōſtituere ne acquirere poſſint.

Quarto,eſt nullum & inualidum, quia ſi non licet ſtatuere,ne Eccleſiæ acquirere poſſint immobilia, vt ſupra in confutatione primi decreti late dictum fuit, minus prohibere licebit ne Eccleſiæ ædificentur, & Deo omnium vero Domino ad eum colendum & honorandum offerantur,& ſanctificētur:quibus accedit,quia per illud impeditur libera hominū poteſtas diſponendi de rebus ſuis.l.in re mandata.C.mandati.& maxime cumvnicuique liceat in ſolo ſuo ædificare,& facere quidquid libuerit,dummodo ius alterius nō lædatur. l.ſicuti.§. Ariſto. ff. ſi ſeruitus vendicetur.l.fluminum.§.final. ff. de damno infecto. Et quando illa libertas in ſolo ſuo ædificandi cuilibet de iure communi competens, reſtringitur in eo qui vult ædificare Eccleſiam,manifeſtum eſt coerceri pietatem, & ſtudium Eccleſias ædificandi,& conſequenter ſaltem indirecte violari Eccleſiaſticā libertatem.cap. ſtatutum. il.1.vbi gloſſa cōmuniter recepta. in verbo. *indirecte*.de hæret. lib.6.& in cap. final. de immunit. Eccleſ.eodem libro.Et corroboratur, quia cum non reperiatur prohibitum nequis Eccleſiam ædificet ſine licentia Principis ſæcularis, conceſſum cenſeri debet ſine eius licentia, vel conſenſu ædificare:cum Iure ea cenſeantur conceſſa,quæ prohibita non probantur.l. ſtatuas.C.de Relig.& ſumpt. funerum.l.nec non.§.quod eis. ff. ex quibus cauſis maiores.l.ab ea parte. ff.de probat. ſtatu-

tum

tum ergo in materia Eccleſiaſtica id vetans, aperte lædit Eccleſiaſticam libertatem.

Quinto, cum ædificare Eccleſias ſit de pertinentibus ad Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ad munus Romani Pōtificis, & Epiſcoporū ſpectet, vt late in ſuperioribus fuit oſtenſum, ſtatutum eam ſibi arrogans, & vſurpans Iuriſdictionem, directe, & expreſſe eſt contra Eccleſiaſticam libertatem. Textus eſt in terminis in cap. final. de Rebus Eccleſ. non alienan. quem ad hoc ponderat Lapus allegat. 92. nu. 4. verſ. *Sed quid de his qui vſurpant Iuriſdictionem Eccleſiarum*. & nu. 9. verſ. *Item quod prædicta omnia*. Franciſcus Cardinalis Zabarella in cap. perpendimus. nu. 13. verſ. *His attentis venio ad ſecundum*. De ſenten. excommunicat. vbi dixit eo ipſo apparere ſtatuta eſſe contra Eccleſiaſticam libertatem, quod laici ſtatuunt de nō pertinentibus ad ſe: & allegat textum in cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de cōſtitut.

Cum decretum ſibi arroget iuriſdictionē ad Pontifices pertinentem, conſequenter eſt contra Eccleſiæ immunitatem.

Sexto, cum idem decretum mentionem expreſſam faciat de perſonis Eccleſiaſticis, quibus prohibet Eccleſias, & pia loca ædificare, protinus infertur eſſe inualidum, & contra Eccleſiaſticam libertatem. cap. fin. de immunit. Eccleſ. lib. 6. vbi cōmuniter Canoniſtæ, & fuit late probatum ſupra in confutatione primi decreti, in primo argumento. §. qua ratione.

Decreti iniquitatem magis arguit expreſſa mentio facta de Eccleſijs.

PArtes etiam ſingulæ eiuſdem decreti inualiditatē, & iniquitatem eius manifeſtant.

Prima, quatenus in ſpecie, & nominatim prohibet erigere Eccleſias, Monaſteria, hoſpitalia, & pia loca, quod eſt contra Apoſtolorum traditionem, & Ius Canonicum, & Ciuile, vt copioſe hactenus fuit deductum.

Singulæ etiam decreti partes, eius inualiditatem manifeſtant.

Secunda, quatenus iubet non aliter Eccleſias & pia loca erigi poſſe, quam de licentia Senatus, grauiter lædit Eccleſiaſticam libertatem, cum id nihil aliud ſit quam vſurpare Iuriſdictionem ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinentem. cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan. Bartolus in l. alio hærede. nu. 8. ff. de aliment. & cibar. legat. quia petitio licentiæ denotat ſuperioritatem, & cauſæ cognitionem, & non permiſſionem ex libera voluntate, vt ex Bartolo concludit Iacobus Mandellus conſil. 342. incip. *quamuis motiua*. nu. 39.

Tertia,

Tertia, cum contrafacientibus imponit pœnam, directè violat liberam illam ædificandi Eccleſias, & pia loca facultatem, qua omnibus id facere licet, cum non ſit dubium per appoſitionem pœnæ Eccleſiaſticos, de quibus loquitur decretum, reddi timidiores per doctrinam Bartoli communiter receptam in Authent. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ.

Quarta demum particula, qua cauetur fundum publicari, & ædificium vendi, turpius euertit, & conculcat immunitatem Eccleſiaſticam, & Iura Eccleſiarum: tum quia Eccleſia eo ipſo quod eſt ædificata etiam ante conſecrationem remanet ſub Iuriſdictione Epiſcopi, & fundus ſiue ſolum cedit Eccleſiæ, ita vt amplius inuito Epiſcopo deſtrui non debeat. Calderinus conſil. 5. incip. *Laici propria auctoritate.* tit. de relig. domib. tum propter pœnam confiſcationis appoſitam: quia ſimilis pœna non ſolet imponi Deum colentibus, aut colere volentibus, ſed vel reis læſæ maieſtatis diuinæ, quales ſunt hæretici, & catholicæ religionis deſertores. cap. vergentis: de hæret. cap. cum ſecundum leges. eodem tit. lib. 6. l. manicheos. C. de hæret. vel reis læſæ maieſtatis humanæ. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtat. vnde prædicta pœna decentius & honorificentius impoſita fuiſſet à Senatu, Eccleſiarum fabricas impedientibus, quam Eccleſias ad honorem Dei, & ſanctorum ſuorum fabricare volentibus.

SVpereſt quinto & vltimo loco, diſſoluere argumenta ſeu verius ſophiſmata Conſulentium, quæ ex triplici potiſſimum capite petuntur, videlicet:

A quibuſdam politicis rationibus.

Et à legibus Ciuilibus.

Et à ſacris Canonibus.

Quæ ſuo ordine confutanda ſunt, & fraudes aperiendæ, & primo reſpondendum eſt rationibus: ſecundo legibus Ciuilibus: tertio Sacris Canonibus.

Dum ergo primo loco Conſulentes dicunt non agi in hoc decreto de Eccleſijs, Monaſterijs, hoſpitalibus, & alijs pijs locis iam ædificatis, quo caſu cauſa diceretur Eccleſiaſtica, & priuilegiata, ſed ſolum diſponi de locis ædificandis.

Reſponſiones ad argumenta Conſulentiũ.

Reſpon-

Reſpõdetur primo, nihilominus agi de negotio Eccleſiaſtico cum agatur de tollenda libertate, per quam liberum eſt Eccleſias & pia loca ædificare.

Secundo reſpondetur, hoc fundamentum expreſſe eſſe cõtra Sacros Canones, & leges ſupra deductas, quibus munus hoc conſtruendarum Eccleſiarum in Romanum Pontificem & Epiſcopos locorum reiectum eſt: quibus non ſolum agitur de iam conſtructis & ædificatis, ſed etiam de conſtruendis, & ædificandis: & in hoc falluntur Conſulentes affirmantes Iura, & auctoritates procedere in terminis Eccleſiarum ædificatarum, non autem ædificandarum, quia licet iura & auctoritates per eos allegata loquantur de iam conſtructis, alia Iura & auctoritates à nobis diligentius conſiderata, loquuntur etiam de ædificandis.

Tertio reſpondetur, non minus eſſe fauendum Eccleſijs recenter conſtruendis, quam iam conſtructis, cum per conſtruendas religio, & diuinus cultus magis augeatur. Ioannes de Anania in cap. Apoſtolicæ. nu. 2. de donat. Bartholomeus Cœpolla tract. de Seruitut. Vrban. Prædior. cap. final. num. 5. Franciſcus. Marcus deciſ. 533. incip. *Quæritur de translatione.* num. 19. verſ. *Nam magis fauetur.* & deciſ. 534. incip. *Quæritur an in aliquo prædio.* nu. 4. verſ. *Quia magis fauetur.* & deciſ. 635. incip. *Quæritur an iuxta religionem.* nu. 5. vbi dicit magis faueri Eccleſijs de nouo ædificandis, quam iam conſtructis.

Non eſt minus fauendum Eccleſijs ædificandis, quam ædificatis.

Poſtremo, cum Conſulentes in ſuperiori decreto vterentur hac eadem diſtinctione de bonis acquiſitis, vel acquirendis, ſupra in confutatione primi decreti in reſponſione ad quartum argumentum, copioſe oſtenſum fuit in vtraque parte Eccleſiaſticam libertatem violari.

Secunda ratio deducitur ex intentione Principis, qui non intendit tollere templorum, aut locorum piorum ædificationem, ſed videre, & explorare in quo loco ædificentur, ne prope propugnacula, turres, mænia Ciuitatum, vel alia loca ſuſpecta conſtruantur.

Sed reſpondetur, quod licet prudens ſit hæc ratio, non eſt tamen legitima diſpoſitio, quia cum materia non conſiſtat ſub Iuriſdictione Iudicis laici, Princeps laicus non potuit in ea ſibi Ius dicere, ſed debuit deducere coram Iudice Eccleſiaſtico,

Cum materia Eccleſiarũ ædificandarum nõ pertineat ad Iudices ſæculares, nõ poſſunt ſuper ea ſibi ius dicere.

ſiaſtico, ad quem ſpectat prouidere, vt Eccleſiæ in loco congruo ædificentur. cap. Eccleſias. 16. quæſt. 7. cap. Eccleſias. de conſecrat. diſtinct. 1. Et re cognita illis iuſtitiam adminiſtrare, qui ædificationi Eccleſiæ ſe opponunt. cap. ad audientiam. il. 1. & cap. tria. de Eccleſijs ædificandis. Franciſcus Marcus dicta deciſ. 533. nu. 19. & deciſ. 534 nu. 6. circa finē. verſ. *Et quoad negotium principale*. Vbi cognitio cauſæ ædificationis Monaſterij, vel Eccleſiæ in præiudicium alterius, fuit remiſſa ad Iudicem Eccleſiaſticum: quæ prouiſio fuit iuridica, quia vt dictum eſt, de negotijs Eccleſiaſticis non debet Iudex laicus iudicare.

Tertia ratio petitur à prouidentia patrisfamilias, quem decet eſſe ſollicitum, ne quis noui aliquid in eius domo moliatur, quod damnum aliquod & incommodum, aut ipſi patrifamilias, aut inhabitantibus afferre poſſit, vnde cum Ciuitates ſint inſtar magnæ cuiuſdam domus, ad officium prouidi Principis ſpectat vigilare, quibus in locis extruantur Eccleſiæ, aut quæ Monaſteria in Ciuitatem inducantur.

Non ſpectat ad ciuiles Magiſtratus ferre leges ſuper negotijs Eccleſiaſticis.

Verum ſimiliter reſpondetur, prudentem eſſe rationem, ſed audacem diſpoſitionem, & diſpoſitionis executionem audaciorem: quia non pertinet ad munus Ciuilis Magiſtratus circa iſta conſtituere, cum poteſtas eius non ſe extendat ad Eccleſiaſtica, vt ſupra late in confutatione primi decreti deductum fuit. Quod autem attinet ad prouiſionem, ne noua Monaſteria in Ciuitatem inducantur, ea minus pertinet ad Principem ſæcularem, ſed ad Romanos Pontifices, & locorum ordinarios. cap. de Xenodochijs. & cap. final. de religioſ. domib.

Ad quartam rationem ex eo deductam, quod ſicut non licet Religioſis ingredi in domum priuatam abſque licentia Domini, ſimiliter non licebit ingredi in Ciuitates abſque licentia Principis: Reſpondetur primo, vtriuſque non eſſe parem rationem, quia tametſi priuatis liceat prohibere liberum ingreſſum alicuius religioſi in domum ſuam, non tamen licebit ſtatuto generali cauere, ne viri religioſi de Religionibus à Sede Apoſtolica approbatis, in Ciuitates introducantur: id enim notum eſt Eccleſiaſticæ libertati repugnare.

Secundo reſpondetur, Conſulentes iniuria afficere catholicam

licam Rempublicam, eamque ſimilem facere Ciuitatibus Ethnicorum non recipientium Apoſtolos. Lucæ cap. 10. Nam Religioſi ab Eccleſia approbati, cum in has vel illas Ciuitates mittuntur, in meſſem Dominicam deſtinari cenſentur inſtar ſeptuaginta duorum Apoſtolorum, qui presbyterorum, ideſt, ſecundi ordinis ſacerdotum figuram geſſerunt. Sanctus Thomas in Catena aurea apud Lucam cap. 10. in principio.

Quinta ratio politice nectitur à Conſulentibus de contemplatione boni regiminis, dicunt enim Principem pro bono regimine ſui ſtatus, poſſe & debere iſta omnia explorare, & præſertim prouidere, ne homines ſimul pro ſuo libitu inter ſe conuenire poſſint, vnde multa mala ad perturbationem ſtatus, & Reipub. ſæpe exoriri contingit.

Sed reſpondetur, ex conuentu Religioſorum à Sede Apoſtolica approbatorum, mala iſta non debere timeri, cum iuxta regulas approbatas ſingularum Religionum, ad diuinas laudes decantandas, & alia honeſta exercitia peragenda cõueniant: quod ſi Magiſtratibus ſæcularibus propterea liceret in Repub. Chriſtiana de iſtis leges ferre, durior eſſet Religioſorum conditio ſub Principibus Catholicis, quam fuit olim Chriſtianorũ ſub aliquibus Imperatoribus Gentilibus, ſub quibus tamen (vt teſtatur Tertullianus in Apologetico aduerſus Gentes. cap. 39.) *Coibant in cœtum & congregationem Chriſtiani, vt ad Deum quaſi manu facta precationibus ambirent orantes*. quod etiam teſtatur Arnobius lib. 1. aduerſus Gentes, & Iuſtinus Martyr, quos refert Iacobus Pamelius in adnotationibus in Apologeticum. ſuper cap. 39. num. 499. verſ. *Coimus in cœtum*. Vbi addit iam ab Apoſtolis vſitatum fuiſſe hunc cœtum Chriſtianorum, vt patet ex illo 1. Corinth. 11. *Conuenientibus vobis in vnum*. Et de iſtis antiquorum Chriſtianorum congregationibus illuſtre teſtimonium extat apud Plinium lib. 10. Epiſtolarum, Epiſtola. 97. ad Traianum Imperatorem. Incip. *Solemne eſt mihi*. circa medium verſ. *Affirmabant autem*. Et ſub iſto velamine boni regiminis, velle Eccleſiaſticam Iuriſdictionem vſurpare, Eccleſiæ fit iniuria, & eius immunitas grauiter violatur.

Non debent à Religionibus approbatis, ea mala timeri, quæ commemorantur.

Sexta & vltima ratio deducitur ex bono publico, quod

conditores huius decreti reſpexiſſe dicuntur: & ſic non debet improbari: Nam leges, quæ communiter omnibus proſunt, ab omnibus obſeruandæ ſunt, Couarruuias in regula. poſſeſſor.par.2.§.4.nu.8.verſ. *tertium eſt*.

Sed reſpondetur primo, opinionem Couarruuiæ fundari in doctrina Bartoli in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit. & Fide Cathol. quæ eſt communiter reprobata.

Secundo reſpondetur, ſuper iſta materia Eccleſiaſtica de fundatione Eccleſiarum, vt ſupra late oſtenſum fuit, iuriſdictionem non ad Magiſtratum Ciuilem, ſed ad Eccleſiæ Pontifices pertinere.

MVnire nituntur Conſulentes opinionem ſuam argumentis à Iure Ciuili petitis, quibus ſecundo loco reſpondere oportet.

Reſponſiones ad argumenta de Iure Ciuili petita.

Et primo pro iuſtificatione huius decreti allegant textum in l.collegia.§.in ſumma.ff.de collegijs illicitis.& in l.conuenticula.C.de ſacroſan.Eccleſ.& ſimul cumulant Bartolum, & Innocentium,& Abbatem,& auctoritatẽ de lib.1.Macabeor. cap. 14. Vnde inferunt licuiſſe Senatui facere decretum de quo agitur, ne in Eccleſijs, Monaſterijs, hoſpitalibus, & alijs religioſis domibus & pijs locis fabricandis conueniant homines: quia regulariter omnia Collegia ſunt interdicta, vt dicunt præcitati Doctores.

Sed reſpondetur id non procedere in Collegijs ex cauſa pietatis & Religionis conſtitutis, quia illa ſunt à Iure permiſſa.l.1.ff.de collegijs illicitis.Abbas in cap.1.in fine de elect. Felinus in cap.accedentes.nu.1.circa medium.verſ.*dixit etiam Abbas*. de præſcript.

Bartolus minus candide allegatus.

Non obſtat Bartolus à Conſulentibus allegatus, quia in l. final.nu.6. ff.de Collegijs illicitis. expreſſe facit contra ipſos, dum affirmat Collegia,quæ fiunt cauſa religionis de Iure Ciuili approbari.l.1. §.ſed religionis.ff.de Collegijs illicitis. vnde infert Collegia Diſciplinatorum, & Collegia Miſericordiæ, & Collegia Iuuantium oppreſſos, de Iure communi eſſe approbata.

Innocentius nõ ſuffragatur prętenſioni Senatus.

Minus ſuffragatur eis Innocentius in cap. dilecta. nu.9. de exceſſib.Prælat.cum expreſſe dicat Clericos Ciuitatis vel Ca-

ſtri

ſtri poſſe conſtituere Vniuerſitatem cauſa religionis, videlicet, vt Miſſas celebrent pro viuis & defunctis, vel conſimilibus. & Innocentium refert, & ſequitur Cardinalis Zabarella conſil. 11. incip. *pro enucleatione omnium tangendorum*. nu. 3. verſ. *licitum autem Collegium eſt*.

Nec ſuffragatur idem Innocentius dum in dicto cap. dilecta. nu. 9. verſ. *item videtur*. dicit, quod cum iſta Collegia, & Rectores eorum ſubſint maioribus & ordinarijs poteſtatibus, poſſunt ad eorum dictum deſtrui, & prohiberi, ne incipiant.

Quia reſpondetur dictum Innocentij intelligendum prout de Iure: hoc eſt, vt Collegia mere ſæcularia ſæcularium, remaneant ſub ſæcularibus: Collegia vero Eccleſiaſticorum ſub Iudicibus Eccleſiaſticis.

Quæ Collegia illicita, quæ vero licita & permiſſa cenſeantur.

Abbas in dicto cap. dilecta. nu. 5. de exceſſib. Prælat. apertius impugnat Conſulentium ſententiam, quia licet dixerit regulariter omnia Collegia eſſe interdicta, quia non debent fieri conuenticula, ſeu congregationes cum ex eis timeatur conſpiratio, ſeu coniuratio contra Principem, ſeu Ciuitatem, mox addit exceptionem, niſi approbentur à iure gentium, vel à iure poſitiuo: nam à iure gentium approbatur Collegium Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. & ratio eſt, quia cum multa debeant homines agere in fauorem & commodum Ciuitatis, ideo oportet, vt ſæpe ſimul conueniant: à iure autem poſitiuo approbantur Collegia hominum alicuius artis, quales ſunt piſtores, barbitonſores, & ſimiles: vel alicuius profeſſionis, quales ſunt ſcholares: vel ſi faciunt cauſa pietatis, vt ad ſubueniendum oppreſſis: iſti enim à iure permittuntur ſimul conuenire, & facere vnũ corpus, vt ea pertractent, quæ pertinent ad vtilitatem illius profeſſionis, ſeu artis: Cum ergo iſta permiſſa ſint, multo magis permittenda ſunt Collegia Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum, quæ nullo pacto ſubſunt iuriſdictioni ciuilium Magiſtratuum.

Simon vt princeps, & vt magnus ſacerdos potuit præcipere laicis, & ſacerdotibus.

Exemplum petitum de lib. 1. Macabeor. cap. 14. nedum non ſuffragatur Conſulentibus, ſed etiam expreſſe facit contra ipſos, quoniam Simon ille (quem vnus de Conſulentibus vocat magnum Ducem Simeonem) ſummus etiam ſacerdos

erat,

erat,vt expreſſe ibidem legitur: & cum tunc ageretur de negotijs ad bellum pertinentibus, iure potuit Simon tanquam Imperator prohibere laicis ſubditis ſuis, & tanquam ſummus ſacerdos Leuitis & ſacerdotibus, ne ſe inconſulto facerent conuenticula. Demum valde timendum eſt,ne dum Senatus ſæcularis iſtam ſibi arrogat auctoritatem eligendi religioſos,& admittendi,vel prohibendi quos ſibi placet, irreligioſos & ſeductores introducat.

Alterum argumentum deducunt Conſulentes ex l. 1. §. ſi vſumfructum. & §.locum. & ex l. 2. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. & ex l.final.C.de pactis inter empt.& vendit. Vnde inferunt,quod ſicut ibi paterfamilias non cogitur alienare fundum ſuum pro Eccleſia ædificanda, nec in locum alienum inuito domino licet Eccleſiam ædificare, & locum ipſum religioſum facere, ſic & Princeps vniuerſalis Dominus & paterfamilias pati non cogitur,nec cogi debet,vt eo inuito conſtruantur Eccleſiæ & Monaſteria in loco ſuſpecto & præiudiciali ſtatui ſuo.

Non procedit argumentũ de pactis priuatorum ad ſtatuta.

Sed reſpondetur primo, non procedere argumentum de pactis priuatorum, ad ſtatuta: vt in proprijs terminis voluerunt Baldus in l.final. nu.2. C.de pactis inter emptor.& venditor. quem ſequitur ibidem Andreas Barbatia in additione incipien. *illa lex habet locum*. vbi dicunt textum in Authen.caſſa & irrita. C. de ſacroſan. Eccleſ. habere locum in ſtatutis Vniuerſitatum, & vniuerſaliter factis, quæ præſumuntur facta in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ, ſecus autem in pactis priuatorum. Et ratio eſt,quam adduximus ſupra in confutatione primi decreti, in reſponſione ad primum argumentum, quia homines priuati ſunt domini rerum ſuarum, de quibus ideo poſſunt diſponere prout ipſis placuerit, ſecus autem eſſe in Principibus,qui non ſunt Domini rerum ſubditorum ſuorum. Eandem ſolutionem in terminis noſtris tradidit Florianus de ſancto Petro in l.quod ſi locus. nu.4. ff. de religioſis & ſumpt. funer. dicens, *pactis priuatorum poſſe derogari libertati Eccleſiæ, vt puta ne fiat ibi ſepulcrum, capella, vel ſimile, ſed per ſtatuta Vniuerſitatis id fieri non poſſe, quia redderetur factum in derogationem libertatis Eccleſiæ*. & addit *ita loqui Authen.caſſa C. de ſacroſan.Eccleſ. & quod notatur in cap.final.de immunit.Eccleſ. lib.6.*

Se-

31 Secundo reſpondetur,non eſſe verum quod quis non poſſit cogi ad vendendum fundum ſuum pro Eccleſia ædificanda,quia imo fauore Eccleſiæ,& ratione publicæ vtilitatis poteſt quis cogi ad vendendam rem ſuam.l.item ſi verberatum. ff.de rei vendicat. & eſt ſpeciale, quod ſolum cedit ædificio. gloſ.in cap.Apoſtolicos. 12.quæſt.2. Alexander de Imola in l.1.§.nunciatio.& §.nunc itē videamus.ff.de oper.nou.nūciat. pro qua ſententia facit textus in l.ſi quis ſepulcrum. in principio. ff. de religioſis & ſumpt. funer. vbi diſponitur,quod quando quis non poteſt ire ad ſuum ſepulcrum, poteſt compelli vicinus ad præſtandum iter per ſuum prædium pretio ſibi perſoluto.& per has rationes,& iura ita firmauit Franciſcus Marcus deciſ.534.incip. *Quaritur An in aliquo pradio.* nu.3. & num.4. ampliat,vt habeat locum nedum in Eccleſia iam ædificata,ſed etiam in ædificanda: Idem firmauit deciſ.635. incip. *Quaritur An iuxta religionem*. nu.5.& in dicta deciſione 635.& in proxime præcedenti firmauerat,hoc iudicium pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum. Idem tenuit Thomas Grammaticus deciſ.75. incip. *Monaſterium Sancta Maria.* vbi ſimiliter concluſit,poſſe quem cogi ad vendendum fundum, ſeu domos pro fundanda Eccleſia ſeu Monaſterio. Et leges allegatæ ſunt intelligendæ iuxta textum in dicta l. ſi quis ſepulcrum.ff.de relig.& ſumptib.funer.

Poteſt quis cogi ad vendendum fundum ſuum pro Eccleſia ædificanda.

Tertium argumentum deducit vnus de Conſulentibus de textu in l.extra territorium.ff.de iuriſdictione omn. iudic. ſic: cum negari non poſſit, quin Princeps reſpectu territorij ſui, & locorum eius dominio ſubiectorum habeat iuriſdictionem temporalem, ideo iure poteſt ad finem euitandi ſcandala & damna,quæ ſibi ex huiuſmodi ædificiorum conſtructione imminere poſſent, legem condere obligando ſubditos,ne quid horum extruere audeant: cum adhuc loca, in quibus Eccleſiæ vel Monaſteria eſſent ædificanda, profana ſint,& in communi hominum commercio poſita,à quo poſtea eximuntur, cum ſacra,aut religioſa efficiuntur. l.inter ſtipulantem. §. ſacram.ff.de verbor.obligat.

Reſpondetur tamen cum Paulo de Caſtro conſil. 187.incip. *notandum eſt*. nu.5.verſ. *cum ergo negari non poſſit*. & verſ. *ſecunda ratio eſt*. & ſequen.lib.2. quod licet Eccleſiæ, & pia loca

exem-

exempta, & Clerici exempti à iuriſdictione laicorum, ſint de vniuerſitate territorij, & de populo laicorum, in quo exiſtunt, & ſub vniuerſitate territorij comprehendantur, non tamen dicuntur eſſe ſub iuriſdictione domini territorij, neque comprehenduntur ſub ſtatutis laicorum, quantum ad ea, quæ concernunt ipſorum exemptorũ odium, & grauamen, licet comprehendantur ſub vniuerſitate territorij in his, quæ concernunt Eccleſiarum & Clericorum fauorem, vt ſcilicet gaudeant, & vti poſſint priuilegijs, & ſtatutis territorij, & populi pro ſe. argumento cap. ſi in adiutoriũ. diſtin. 10. Quamuis enim Princeps ſua habeat territoria, & reſpectu laicorum Imperator pro territorio Mundum, Reges vero, Duces, & Comites territorium habere dicantur, quatenus proprij dominij limites protenduntur, vt dicunt Gulielmus de Monte Lauduno in Clement. Paſtoralis. nu. 21. & ibi Cardinalis Zabarella nu. 4. de re iudicat. Iidem tamen dicunt Papam non minus habere ſuam diœceſim in vniuerſo Orbe. cap. cuncta per Mundum. 9. quæſt. 3. in quo cum ſe offert occaſio vtramque iuriſdictionem poteſt exercere: quod etiam agnouit alio tempore Peregrinus vnus de Conſulentibus, & alij Catholici. Vnde Franciſcus Aretinus conſil. 58. nu. 2. & 3. vere dixit Papam, vel eius delegatum citare poſſe per vniuerſum Mundũ, & citationem valere. Dum ergo conceditur Principem habere territorium, non excluditur Eccleſia, quæ ibidem habet ſuam diœceſim, & vterque in eodem territorio & diœceſi exercere poteſt ſuam iuriſdictionem, Epiſcopus videlicet ſpiritualem, & Eccleſiaſticam: Princeps vero ſæcularis iuriſdictionem temporalem: Iſtæ enim duæ iuriſdictiones & poteſtates, diuerſis reſpectibus in eodem territorio exercent ſua officia, vt conſtat ex notatis ab Imola in cap. quoniam Abbas. nu. 29. de offic. delegat. & ab Alexandro in l. ſolet. nu. 8. ff. de iuriſdict. omn. iudic.

In eodem territorio poſſunt diuerſis reſpectibus Eccleſiaſtici Iudices & ſæculares exercere ſuam iuriſdictioné.

Territorium Principis ſæcularis, non excludit iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſuper eodem territorio.

Ex his patet de territorio & iuriſdictione temporali non poſſe inferri ad excluſionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ diuerſæ & ſeparatæ à iuriſdictione ſæculari. Paulus de Caſtro dicto conſil. 187. nu. 5. lib. 2. & ſic quamuis ædificetur Eccleſia in territorio Principis ſæcularis, & ideo ſibi competat de iure quod ſibi ſuper Eccleſia in eius territorio ædificata com-

cõpetere poteſt, videlicet defenſio, & protectio. Præpoſitus in cap. Imperium.num.3. diſtinct. 10. id tamen procedit ſine præiudicio libertatis Eccleſiaſticæ: nam Iuriſdictio ſuper territorio temporali, non facit Principem ſæcularem ſuperiorem Eccleſiaſtico, neque eius Iuriſdictio temporalis excludit Iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Albericus tract. de ſtatutis. part. 2.quæſt.2.nu.18.vbi dicit, *quod licet Clerici conſiſtant in diſtrictu & territorio Regis, non tamen ſunt eius iudicio vel ſtatutis iudicandi, vel ligandi: ſicut dicitur de exemptis, qui licet ſint in diœceſi Epiſcoporum, non tamen ideo iudicantur, vel ligantur per Epiſcopos.*

SVPEREST Tertio loco breuiter reſpondere ad Sacros Canones, quibus Conſulentes idem decretum ſuſtinere prætendunt, & Primo ex cap. boni principis. 96. diſtinct. dicentes, ex hoc potiſſimum Canone probari prouiſionem hãc de non conſtruendis, vel conſtruendis Eccleſijs pertinere ad Principem ſæcularem, cum Marcellus Papa dicat ibi: *Boni Principis eſſe Eccleſias contritas atque conciſas reſtaurare, nouas ædificare.*

Verum reſpondetur, ex hoc Canone non probari ad munus Principum ſæcularium pertinere, concedere facultatem, & aſſignare loca, vbi Eccleſiæ ædificentur: nam illis verbis Papa nullam concedit Iuriſdictionem, ſed ſolum hortatur Principes, vt ſuis ſumptibus, & de proprijs pecunijs nouas Eccleſias ædificent, & contritas inſtaurent, quod inter excellentias Principis ſæcularis numerauit Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi. par. 5. conſiderat. 17. & hoc etiam modo hunc canonem intellexit Ioannes Lopez tract. de Eccleſiaſt. libertat. quæſt. 4. nu. 7. quod ſi boni Principis eſt Eccleſias ædificare, cuius Principis erit earum fabricam quolibet prætextu impedire?

Ex cap. boni Principis. 96. diſtinct. non probatur munus ædificandi Eccleſias ad ciuiles Magiſtratus pertinere.

Nec dicatur à priuilegio Cõſtantini Imperatoris deſcendere, vt liceat Eccleſias fabricare. cap. futuram Eccleſiam. 12. quæſt. 1. ibi: *Sed etiam Fabricare Eccleſias, & prædia tribuere poſſe conſtituit.* Quia Conſtantinus & alij catholici Principes, per ſimiles prouiſiones ſolum ſuſtulerunt impedimenta, & obſtacula quibus, Pagani Principes ſæpe ſub grauibus pœnis edixerant, ne Chriſtiani ſimul conuenirent, neque Collegia,

Neque id competit ex priuilegio Conſtantini, qui ſolum ſuſtulit impedimenta tyrannorum.

Baſilicas, Eccleſias, aut oratoria conſtruerent, quibus, templis idolorum, vel adimebatur, vel minuebatur auctoritas & religio: quod certiſſimum eſt, cum multis ſæculis ante Conſtantinum altiori & diuiniori Iure quam Imperatorio, Apoſtoli, qui Mundum vniuerſum diuina prædicatione docuerãt & illuminauerant, Eccleſias fabricandas conſtituiſſent: quo tempore Gentilibus Imperatoribus Chriſtianæ religionis & Chriſtianorum perſecutoribus, nulla fabricandarum Eccleſiarum competebat auctoritas: neque Apoſtoli, neque Epiſcopi deinde qui Apoſtolis ſucceſſerunt, cum fabricandæ eſſent Eccleſiæ Principes ſæculares adibant, vt licentiam fabricandi obtinerent.

Ad idem propoſitum Cõſulentes allegant textum in cap. adminiſtratores. 23. quæſt. 5. vbi dicitur, Magiſtratus ſæculares conſtitutos eſſe ad Eccleſiarum tuitionem, pupillorum, & viduarum protectionem, rapaciumque refrenationem: vt poſtquam ab Epiſcopis requiſiti fuerint, eis aſſiſtant, & eos defendant.

Legitimus intellectus cap. adminiſtratores. 23 q 5.

Sed reſpondetur, auctoritate illius Canonis non poſſe decretum ſuſtineri, quia legitimus Canonis ſenſus eſt, Principes, & Magiſtratus ſæculares teneri ad auxilium præſtandũ Eccleſiaſticis, quoties opus fuerit, & illud implorauerint iuxta textum in cap. 1. de offic. Ordinar. & in cap. tanta. de exceſſib. Prælat. ſic enim Canonem illum intellexerunt ibi Archidiaconus nu. 1. & Bellamera in principio: & Canonis verba conſentiunt, ibi: *Ad Eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem*. Fatemur enim Principibus ſæcularibus eam potiſſimum curam incumbere, vt Eccleſias earumque Iura protegant & defendant, non arripiant, vel vſurpent. Iſto enim ſenſu Eccleſiarum patroni dicuntur, ideſt, defenſores, & protectores Abbas in cap. de hoc. nu. 10. de Simonia. Præpoſitus in cap. Imperium. nu. 3. diſtinct. 10. ſi autem iſta tutela, fauore Eccleſiarũ data, operaretur effectum, quem prætendunt Conſulentes perſuadere, in odium Eccleſiæ retorqueretur. l. quod fauore. C. de legib.

Tertio, pro decreto defendẽdo inducunt Conſulentes textum in cap. 1. & 2. de Noui oper. nunciat. vbi cautum eſt, non licere ædificare Eccleſiam in aliena parochia, vnde inferunt

ferunt licere Principi Vniuerſali domino prouidere, ne Eccleſiæ,& Monaſteria in loco ſuſpecto & præiudiciali ſtatui ſuo, conſtruantur.

Sed breuiter reſpondetur cum gloſſa in dicto cap. 1. in verbo: *In præiudicium*. De Noui oper. nunciat. verum eſſe, in præiudicium vnius Eccleſiæ parochialis, non debere aliam ædificari. cap. Eccleſiæ. 16. quæſt. 1. & cap. ad audientiam. il. 1. de Eccleſ. ædifican. niſi ſubſit iuſta cauſa, vt ibidem dicitur, ſed totum hoc auctoritate Epiſcopi fieri debere, vt cum gloſſ. notat ibidem Antonius de Butrio nu. 11. in fine. non autem auctoritate Magiſtratus ſæcularis, quia eſſet vſurpare quæ ſunt Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, contra textum in cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan. In præiudiciū vnius Eccleſiæ non debet alia ædificari.

Quatenus idem decretum loquitur de perſonis Eccleſiaſticis, apertius eſt inualidum, cum ſuper illis Princeps ſæcularis nullam auctoritatem habeat.

Grauis & ſolida confutatio profanæ prætenſionis Senatus audentis iudicare Clericos pro criminibus atrocibus.

Tertium conſultationis caput, quod defendere nituntur Conſulentes, verſatur circa Iudicandos & puniendos Clericos dominij Veneti pro criminibus grauibus, & atrocibus: prætendit enim Senatus id ſibi licere ex duplici potiſsimum capite: Primo, quia habet Apoſtolica diplomata Sixti IV. Innocentij VIII. & Pauli III. Secundo, quia licet iſta priuilegia non extarent, adhuc idem ſibi facere liceret vigore immemorabilis præſcriptionis, quia eſt in quaſi poſſeſsione tanti temporis, de cuius contrario non extat memoria: cum talem poteſtatem iudicandi Clericos etiam in ſacris conſtitutos exercuerit à fundatione Reipub. videlicet ab anno Chriſti CCCC.XXI. vſque ad hæc tempora. Inde inferunt legitime potuiſſe Iudices ſæculares inquirere, capere, & captos detinere Scipionem Saracenum Canonicum Vicentinum, & Brandolinum Valdemarinum Foroiulienſem Abbatem Monaſterij, ſeu Abbatiæ de Nerueſa Taruiſinæ Diœceſis, perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam, ob quædam crimina in Ciuitate Vicentina, & alibi per ipſos commiſſa.

Et quoniam res iſta magni momenti eſt in Eccleſia Dei, & omnem penitus Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordinem perturbet, atque peruertat: cum nedũ iſta Senatus prætenſio ſimplices Clericos, ſed venerabiles quoque ſacerdotes, qui incruentum Dei ſacrificium offerunt, ſæcularibus iudicibus iudicandos tradat, ideo vt veritas clariſſime elucеſcat, & roboretur, diſtinctе procedentes demonſtrabimus:

Primo, generale priuilegium fori Clericorum eſſe, vt omnes eorum cauſæ criminales à Iudicibus Eccleſiaſticis,

ſiaſticis, non autem à laicis debeant iudicari.

Secundo, idem priuilegium habere locum nedum in leuibus criminibus, ſed etiam in grauibus, & atrocibus, non ſolum ſpiritualibus, qualia ſunt hæreſis, Simonia, Apoſtaſia à fide Catholica, & ſimilia, ſed etiam in criminibus ſæcularibus, qualia ſunt homicidia, furta, proditiones, crimen læſæ maieſtatis humanæ, & alia, vel his ſimilia, vel maiora.

Tertio, hoc priuilegium fori Clericale, ſiue exemptionis à iudicio ſæculari, non quouis iure, ſed Diuino fuiſſe Clero conceſſum.

Quarto, præſuppoſito ſine veri præiudicio, quod non eſſet de Iure Diuino, potuiſſe nihilominus Clerum à Romanis Poutificibus eximi à poteſtate, & iuriſdictione Principum laicorum etiam ſine eorũ conſenſu.

Quinto, eo fori priuilegio ſemper & in omnibus criminibus vti, & defendi Clericos, donec fuerint ab Eccleſia exauctorati, & Curiæ ſæculari traditi, idque in caſibus expreſsis à Iure Canonico, & Romanorum Pontificum Conſtitutionibus.

Et quoniam Conſulentes conſiderantes iſta valde vrgere, (ſunt enim optimo Iure munita) recurrunt ad Apoſtolica priuilegia Senatui Veneto a diuerſis Romanis Pontificibus conceſſa, & ad conſuetudinès, & immemorabiles præſcriptiones, ideo:

Sexto loco oſtendemus Apoſtolica priuilegia, quibus Senatus prætendit eam ſibi competere facultatem, neque in caſu de quo agitur, neque in alijs poſſe ſibi ſuffragari.

Septi-

Septimo, neque ſuffragari Senatui priuilegium præſumptum deductum ex conſuetudine, vel præſcriptione immemorabili, & ex Principis aſſertione allegantis ſe ſimul cum vſu habere Apoſtolicum priuilegium: cuius rei occaſione oſtenditur, nullam conſuetudinem, vel præſcriptionem immemorbilem probari: quinimo ex multis tum rationibus, tum actibus poſitiuis eam excludi: ſed neque probatam releuare: neque argumenta Conſulentium ſubſiſtere, quibus eam perſuadere conantur.

Generale totius Cleri priuilegium fori eſt, vt eorum cauſę criminales à Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcantur.

DEuenientes ergo ad primum, conſtanter & vere affirmamus, generale totius Cleri, & Clericorum priuilegium fori eſſe, vt omnes eorum cauſæ criminales a Iudicibus Eccleſiaſticis, non autem a laicis cognoſcantur, & iudicentur. Canones ſunt antiqui ab initio fere naſcentis Eccleſiæ, quos & in Epiſtolis Decretalibus multi Romani Pontifices, & multa Eccleſiæ Catholicæ Concilia diuerſis temporibus conformiter ſanciuerunt.

Romanorum Pontificum decreta.

Siluester Papa in Synodo Romana cap. 14. refert Gratianus in cap. teſtimonium. 11. quæſt. 1. & Pannormia lib 4 cap. 89. Rurſus idem Siluester in Synodo Romana. 284. Epiſcoporum cap. vltimo.

Alexander Papa I. Epiſtola. 1. cap. 1. refert Polycarpus lib. 1. tit. 2. Anſelmus lib. 2. tit. 35. & Gratianus in cap. relatum. 11. quæſt. 1.

Caius Papa epiſtola 1. cap. 1. & 2. refert Anſelmus lib. 3. cap. 45. incip. *Nemo vnquam*.

Marcellinus Papa epiſtola 2. refert Anſelmus lib. 1. cap. 24. & Gratianus in cap. Clericum. 11. quæſt. 1.

Bonifacius I. Epiſtola. 2. circa medium, verſ. *Maximum Epiſcopum*.

Gelaſius Papa I. in tomo de anathematis vinculo circa finem. verſ. *Quo manifeſtius approbatur*. Iterum idem Gelaſius Papa I. in Commonitorio ad Fauſtum fungentem legationis

nis officio Conſtantinopoli, circa medium. Idem Gelaſius Epiſtola. 11. ex impreſſione Romana incip. *Valde mirati ſumus.* directa ad Epiſcopos Dardaniæ, poſt medium. verſ. *Sed Principi Chriſtiano.*

Sanctus Gregorius Papa I. lib. 4. Regeſti Epiſtola. 34. ad Cõſtantinam Auguſtam in fine. verſ. *Et ſi Epiſcoporum.* refert Ioãnes Diaconus in vita Sancti Gregorij lib. 3. cap. 51. & Gratianus in cap. ſi Epiſcoporum. 21. quæſt. 5.

Nicolaus Papa I. in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem incip. *Propoſueramus.* refert Anſelmus lib. 1. cap. 75. & Gratianus in cap. denique. 96. diſtinct. Idem Nicolaus Papa I. in eadem Epiſtola paulo ante finem. §. fuerunt hæc ante aduentum. verſ. *Quibus omnibus rite collectis.* refert Anſelmus lib. 1. cap. 71. Idem Nicolaus in reſponſis ad conſulta Bulgarorum. cap. 70. incip. *Conſulendum.* refert Gratianus in cap. conſulendum. 28. diſtinct.

Cum his Conſtitutionibus Apoſtolicis Beatiſſimorum Romanorum Pontificum, cõſentiunt probata Concilia, quæ diuerſis etiam ſæculis ſuper eodem priuilegio conformes Canones conſtituerunt.

Sacrorum Conciliorum canones ſuper priuilegio fori Clericorum.

Concilium Chalcedonenſe Generale ſexcentorum triginta Epiſcoporum Canone 9. referunt Eccleſiaſticorum Canonum compilatores, Policarpus lib. 4. tit. 31. Burcardus lib. 2. cap. 183. Iuo par. 6. cap. 228. & Gratianus in cap. ſi Clericus. 11. quæſt. 1. & Sanctus Raymundus Decretalium Gregorij IX. compilator in cap. 1. de foro competen.

Concilium Antiochenũ Canone. 12. refert Martinus Braccharenſis Epiſcopus in libro Capitulorum collectorum ex Synodis Græcorum. cap. 35. & Burcardus lib. 2. Decretorum cap. 180. & Iuo par. 6. cap. 225. & Gratianus in cap. ſi quis a proprio. & in cap. ſi quis Epiſcopus. 21. quæſt. 5.

Concilium Cartaginenſe tertium. cap. 9. refert Iuo par. 6. cap. 362. §. item placuit. & Gratianus in cap. placuit. il ſecundo. 11. quæſt. 1.

Concilium Mileuitanum. cap. 19. incip. *Placuit, vt quicunque ab Imperatore.* refert Gratianus in cap. *Placuit.* 11. quæſt. 1.

Concilium Africanum cap. 71. incip. *Placuit, vt quicunque ab Imperatore.*

Con-

Concilium Agatenſe circa tempora Celeſtini Papæ I. cap. 8. relatum lib. 6. capitularium Caroli Magni cap. 143. incip. *Placuit, vt Clericus.*

Concilium Vormacienſe cap. 61. refert Iuo part. 6. cap. 367. & Gratianus in cap. Clericum. 11. quæſt. 1.

Concilium Aurelianenſe quartum circa tempora Pelagij Papæ I. cap. 20. incip. *Vt nullus.*

Concilium Toletanum tertium. cap. 13. refert Gratianus in cap. inolita. 11. quæſt. 1.

Concilium Matiſconenſe primum circa tempora Pelagij papæ II. cap. 8. refert Burcardus lib. 16. Decretorum. cap. 21. incip. *Vt nullus Clericus.*

Item Concilium Matiſconenſe ſecundum. cap. 9. incip. *Licet Reuerendiſsimi Canones.*

Concilium Cabilonenſe circa tempora Eugenij Papæ I. cap. 15. incip. *Vt Abbates.*

Concilium Moguntiacum ſub Carolo Magno. cap. 24. incip. *de Clericis adeuntibus.*

Concilium Venetum, ſiue Veneticum Canone. 9. quod ponitur celebratum circa tempora Leonis Papæ I. ad annos Domini. 450. vel circa tempora Hilari Papæ, qui proxime in Pontificatu Leoni ſucceſſit circa annos Domini. 462.

Iſtis & Romanorum Pontificum, & Conciliorum decretis conformiter ſancitum, & præceptum extat, ne quis Epiſcopos, aut Clericos apud Iudices ſæculares accuſare præſumat, & nequis Iudex ſæcularis cuiuſcunque ſit auctoritatis, ſiue Auguſtus, ſiue Rex, Clericos iudicare audeat: potiſſimus autem articulus agebatur de Iudicio criminali.

Recentiores canones ſacri antiquis conſentientes ſuper eodem priuilegio fori.

Supradictis antiquis Romanorum Pontificum ſanctionibus conformiter ſucceſſerunt recentiores quidam Canones, quos ſanctus Raymundus retulit in compilatione Gregoriana ex Alexandro III. in cap. at ſi Clerici. ex Lucio III. in cap. Clerici. ex Clemente III. in cap. cum non ab homine. ex Celeſtino III. in cap. qualiter & quando. de iudic. & rurſus ex Innocentio III. in cap. ſi diligenti. & ex Gregorio IX. in cap. ſignificaſti. de foro competen. Quibus ſimiliter cautum eſt, Clericos de omni crimine debere coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri, nec ferendam contrariam conſuetudinem.

Idem

Idem conſtituit Bonifacius VIII. in cap.ſi iudex laicus.de ſenten.excommunicat. lib.6.

Conſtantinus Magnus, & deinde Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Imperatores legibus quoque latis ſanciuerunt, vt nullus Clericus ad ſæcularia iudicia pertraheretur, vt conſtat ex Codice Theodoſiano lib. 16. tit. de Epiſcopali audientia.l.vltima.refert Gratianus in cap.cõtinua. 11. quæſt. 1. Catholici Imperatores idẽ fori priuilegiũ recipientes latis legibus agnouerunt.

Alij præterea Imperatores Chriſtiani recentiores id ipſum ſuis legibus conſtituerunt, nempe Federicus Secundus, quas confirmauit Honorius Papa: & Carolus IV. & Sigiſmundus, quas cõfirmauit Bonifacius Papa IX. anno M CCCLXXXV. & Carolus IV. ampliſſima conſtitutione, quæ vulgo dicitur Carolina, quam approbauit Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 19. & in fine eiuſdem Concilij tomo 3. ex editione Colonienſi anni M D LXVII. inſeritur ampliſſima confirmatio Conſtitutionum Federici II. & Caroli IV. De Federici II. Conſtitutione fragmentum ponitur in Authen.Statuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. vbi Clericus non poteſt coram Iudice ſæculari in quauis cauſa conueniri.

Iſtis iuribus ſic perpenſis, iure optimo Doctores Iuris Ciuilis & etiam Criminaliſtæ idem priuilegium agnouerunt, Alexander conſi.8.incip. *videtur ſuper primo dubio*. lib.1.Rolandus conſil.4. incip. *in cauſa inquiſitionis*. num.6. lib. 1. & conſil. 12. nu.34. & ſeq. & conſil.23.nu.6. & ſeq. lib.2. Alexander de Neuo conſil.56.nu.14.& ſeq. & conſi.59.nu.12.& ſeq. Neuizanus conſil.29.num.17. Follerius in pract.criminal. verſ. *audiantur excuſatores*. nu. 38. & ſeq. Conradus in pract.tit. de Inquiſitione. nu.8. Maranta de ordine Iudiciorum par.4.diſtin. 11. nu.2. verſ. *tamen omnes iſtæ leges*. vbi dixit, *omnes leges Ciuiles eſſe correctas per dictam Anthen. Statuimus*. Aegidius Boſſius tit. de foro competen.num. 126. vbi dixit, *nec Regem, nec Imperatorem poſſe Clericos iudicare*. Iulius Clarus in pract. criminal. quæſt.36. Hieronymus Gigas tract.de crimine læſæ maieſtatis.lib.1.tit. Quis de crimine læſæ maieſtatis cognoſcere poſſit. quæſt. vnica.nu.12.& ſeq. Couarruuias in pract.quæſt.cap.31.nu.3. concluſ.3. Tiberius Decianus in pract. criminal. lib.4. cap.9. nu.1.& ſeq. & eſt communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum, vt teſtatur Nauarrus in cap.nouit.de iudic.notab.6. Iuris ciuilis doctores etiam criminaliſtæ, priuilegium fori Clericorum confitentur, & probant.

nu.30. & Franciſcus Coelius Luſitanus tract.de immunitate Eccleſiaſt. ſuper lege octaua. quod habet locum nedum in Clericis conſtitutis in ſacris, ſed etiam in Clericis minoribus ordinibus initiatis, & prima tonſura inſignitis, quoniam eo ipſo, quo ſic ordinantur, fiunt de foro Eccleſiæ. cap. cui portio. 12. quæſt. 1. & gaudent priuilegio fori. cap. 1. de Clericis coniugatis. lib. 6. l. presbyteros. C. de Epiſcopis & Clericis. Canoniſtæ communiter in cap. qualiter & quando. & in cap. Clerici. de iudic. & teſtatur de cõmuni Couarruuias in pract. quæſt. cap. 31. nu. 5. verſ. *tertio illud eſt obſeruandum*. & cap. 32. nu. 1. Alexander conſil. 149. nu. 1. lib. 6. Barbatia conſil. 45. lib. 2. Marſilius conſil. 67. num. 59. Alexander de Neuo conſil. 56. nu. 1. Cœpolla conſil. 11. nu. 15. Rolandus dicto conſil. 4. nu. 16. lib. 1. Boſſius tit. de foro competenti. nu. 127. & tit. de confeſſis. nu. 51. Decius conſil. 150. incip. *dubitatur*. nu. 4. & hanc dicit eſſe communem Ferdinandus Vaſquius de ſucceſſionum creat. lib. 3. §. 22. limitat. 17. num. 61. verſ. *amplia vt etiam Clericus*.

Hæc & ſacris Canonibus, & diuinis ordinationibus ſunt conformia: nam poſtquam Clerici ſunt prima tonſura inſigniti, Pontifex ordinator ad eos hæc verba proferre conſueuit, vt patet ex Romano Pontificali tit. de Clerico faciendo. in fine: *Filij chariſſimi, animaduertere debetis quod hodie de foro Eccleſiæ facti eſtis, & priuilegia Clericalia ſortiti eſtis: cauete igitur, ne propter culpas veſtras illa perdatis: & habitu honeſto, bonisq. moribus atque operibus Deo placere ſtudeatis, quod ipſe vobis concedat per Spiritum ſanctum ſuum, Amen.*

Clerici etiam volentes non poſſunt priuilegio fori renuntiare.

Quoniam vero huiuſmodi fori priuilegium non huic vel illi ſingulari Clerico, ſed vniuerſo ordini Clericali tributum eſt, ideo nec Clericus ipſe poteſt ei priuilegio renunciare in Iudicem laicum conſentiendo. cap. at ſi Clerici. & cap. cum non ab homine. de Iudic. cap. diligenti. & cap. ſignificaſti. vbi gloſ. in verbo: *Clerici*. de foro competen. & in cap. cum contingat. & in cap. perpendimus. vbi gloſ. penult. de ſenten. excommunicat. Alexander dicto conſil. 8. nu. 1. verſ. *& multo magis*. Calcaneus conſi. 118. incip. *Quia ex forma ſtatutorum*. nu. 2. verſ. *ſicut dicimus de Clerico*. Cœpolla conſil. criminal. 11. incip. *caſus talis eſt*. nu. 14. verſ. *dicendum eſt*. Rolandus dicto conſil.

4. lib.

4.lib.1.nu.9.verſ. *& adeo hoc verum eſt*. idem conſil.12. nu. 35. & ſeq. lib.2.Alexander de Neuo conſil.56.nu.1. verſ.*adeo quod non poſſunt*. Albericus tract.de ſtatut.par.2.quæſt.2.nu.25.verſ. *nam Clerici*. Antonius Gomezius variar. reſolut. tom. 3. cap. 10.tit. Quando reus gaudeat immunitate.nu.3.

Iudices ſæculares trahentes Clericos ad ſua tribunalia, de hæreſi ſunt ſuſpecti.

Ex prædictis ſequitur, merito ſuſpectos eſſe de hæreſi Luterana ſæculares Iudices, qui Clericos contra ſua priuilegia comprehendunt, vel ad ſua tribunalia trahunt, quia facto ipſo confirmant, quod error Luteranus aſſerit, ſcilicet Clericos ſubditos eſſe Principibus ſæcularibus: ſic enim conformiter aſſeruerunt Dominicus Bañes apud ſanctum Thomam. 2.2. quæſt. 67. artic. 1. concluſ. 4. verſ. *ex prædictis ſequitur*. & Michael Salon ſuper eadem quæſt. artic. 1. controuerſ. 1. verſ. *Principes vel Iudices*. vbi addit, contra eos iuſte officium ſanctæ Inquiſitionis procedere poſſe. quorum doctrina non eſt noua; quoniam ſuperioribus ſæculis, inquiri poſſe contra Iudicem ſæcularem violantem iuriſdictionem Eccleſiæ tanquam contra ſuſpectum de fide, cenſuit Iunianus Thomaſus Rotæ Auditor apud Bellameram conſil. 40. incip. *factum eſt tale*. nu.35.verſ. *imo quodammodo*.

Per fori priuilegium Clerici nedum in leuibus criminibus, ſed etiam in grauibus & atrocibus ſunt exempti à iuriſdictione ciuilis Magiſtratus.

SEcundo loco probandum eſt priuilegium fori de quo agitur, nedum eximere eos à Iuriſdictione Magiſtratuum ſæcularium in criminibus leuibus, ſed etiam in grauibus, & atrocibus: & quoniam Conſulentes nobis concedunt leues criminum cauſas, & etiam ſpirituales, & crimina Eccleſiaſtica, qualia ſunt hæreſis, Simonia, Apoſtaſia, & ſimilia, in quibus confitentur abſolutum eſſe, Clericos exemptos fore à poteſtate ſæculari, & ſubiacere poteſtati Eccleſiaſticæ, quod tamen negant reſpectu criminum ſæcularium, ideo ſtricte reſpectu criminum ſæcularium quantumcunque grauium, & atrocium, etiamſi de crimine læſæ maieſtatis humanæ agatur, Clericos non ſubiacere poteſtati ſæculari probat textus expreſſus in cap. cum non ab homine. de Iudic. vbi Cæleſtinus III. reſpondit, *quod ſi Clericus in quocumque ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, ſeu alio crimine fuerit deprehenſus legitime, ab Eccleſiaſtico Iudice deponendus eſt*. quem textum habere locum in quocum-

Digitized by Google

que crimine acerbiſſimo, & notorio,& in Clerico primæ ton ſuræ,expreſſe voluit Aegidius Boſſius tit. de foro competen. nu. 127. verſ. *Tertio procedit etiam*. Et Gigas tract. de crimine læſæ maieſtatis.lib.1.tit. Quis de crimine læſæ maieſtatis cognoſcere poſſit nu.12.& ſeq. Arnaldus Albertinus in repetit. cap.1.de hæret.lib.6.quæſt.11.nu.55.verſ.*Primũ eſt quod non licet Regi*.Et quod Clericus pro crimine læſæ maieſtatis humanæ,quod inter ſæcularia delicta cenſetur eſſe grauiſsimũ, nõ poſsit à Principe ſæculari iudicari, & puniri, tenent grauiſsimi Doctores, Baldus ſuper feudis.tit.de pace tenenda & eius violatoribus.§.ſi Clericus. quem refert & ſequitur Gregorius Lopez partita.1. tit.6.l. 57. ſuper verbo. *Que ge la dio*. verſ. *An autem Princeps*. & Ignatius Lopez de Salzedo apud Bernardinum Diaz in pratica criminali Canonica. cap. 119.tit.de læſæ maieſtatis reis. ſuper verbo. *Vt ſit ſubditus*. Vbi dicunt iſta eſſe nimis periculoſa,& merito à Chriſtianis Principibus cauenda,quibus non licet ſacra Clericorum priuilegia violare, qui etiã in his atrociſsimis criminibus ſua priuilegia retinẽt, vt ab ipſis puniri non poſsint, ideoque Iudices ſæculares teneri tales Clericos delinquentes remittere ad ſuos Iudices Eccleſiaſticos. idem poſt multa concludit Gigas tract. de crimine læſæ maieſtatis.lib. 1.in Rubr. Quis de crimine læſæ maieſtatis cognoſcere poſsit. nu. 12. & ſeq. & late conſuluit Rolandus dicto conſil. 4.lib. 1. & Barbatia conſil. 22. incip. *à Ioue principium*. lib. 3. & Boerius tract. de ſeditioſis.§. *Præſuppono etiam Sexto*. num.3.Boſsius tit.de crimine læſæ maieſtatis nu. 86. Iulius Clarus in §.læſæ maieſtatis. nu. 7.verſ. *Hinc infertur:* Vbi teſtatur de communi. Idem in pract. criminal. quæſt. 36. verſ. *Quaro nunc quid Clericus*. Vbi affirmat de Iure Clericum committentem crimen læſæ maieſtatis non poſſe puniri per Principem, aut Iudicem ſæcularem. & Bernardinus Diaz in pract. criminal. Canonica. cap. 119. tit. de læſæ maieſtatis reis. & Arnaldus Albertinus in cap. 1. de hæret. lib.6.quæſt. 11.nu.76.verſ. *Sed in contrarium ſunt plures rationes*. & multis ſequent. vbi allegat inſignes Doctores, & deciſionem Rotæ.10.de conſuetudin.in antiq.

Conſuetudo cõtraria eſt contra ſacros Canones.

Nec refert quod quidam Principes de facto ſæpe contrarium ſeruent, & de conſuetudine in Regno Franciæ dicit

Gu-

Gulielmus Benedictus in cap. Rainutius. in verbo. *Et vxorem nomine Adelaſiam.* Deciſione.2.num.161. ſeruari primam opinionem Baldi in cap. vnico.§.ſi Clericus. verſ. *Si autem.* tit. de pace tenenda & eius violatorib. vt pro criminibus grauibus banniantur Clerici de Regno: quoniam quidquid vel ibi, vel alibi fiat, talem conſuetudinem tanquam violatricem ſacrorum Canonum, & priuilegij fori Clericorum expreſſe reprehenderunt Gregorius Lopez, & Ignatius de Salzedo præcitatis locis, neque immerito, quia multis Toletanorum Conciliorum capitulis nouerant conſtitutum, vt Clerici taliter delinquentes ab Eccleſia iudicarentur, vt in Concilio Toletano. 4.cap.75.& in Concilio Toletano. 5. cap. 4.& in Concilio Toletano.6.cap.17. & in Concilio Toletano. 10.cap.2. & in Concilio Toletano. 16.cap. 9. vbi Sisbertus quidam Epiſcopus anno Domini.693. a Patribus in Concilio, loco, & honore priuatus fuit, eo quod Regem non ſolum priuare Regno, ſed cum alijs complicibus interimere decreuerat.

Multis Conciliorum Toletanorum canonibus conſtitutũ, vt Clerici læſæ maieſtatis humanæ rei, à iudicibus Eccleſiaſticis punian tur.

Eoſdem Conciliorum Canones venerabiliter obſeruando clar.me. Carolus. V. Romanorum Imperator ſimulque Hiſpaniæ Rex anno. 1520. Clericos & perſonas Eccleſiaſticas contra ſe conſpirantes ad Summum Romanum Pontificem, vel ad Prælatos Eccleſiaſticos, quibus erant ſubiecti, iudicandos & puniendos remiſit.

Quod autem Clerici a Iudicibus laicis banniri nõ poſsint defendit Ioannes Lopez tract. de libert. Eccleſiaſt. part. 2. quæſt.1.nu.3. & Albericus in Authen. ſtatuimus. nu.1.C.de Epiſcop. & Cleric. Si autem tales Clerici eſſent Prælati, Iudices ſæculares contra eos agentes, maiores pœnas paterentur. Clemen.1. de pœnis. & eſt textus in cap. olim. de iniur. & in cap. 2. de Cleric. excommun. miniſtran. & in cap. 1.de iuramen. calum. & in cap. ad audientiam. vbi Abbas de crimine falſi. Ad quod propoſitum notabile eſt dictum Baldi in dicto §.ſi Clericus. de pace tenen. & eius violator. vbi cum nu. 2. verſ. *Nota ergo.* ex eo textu notaſſet, Imperatorem poſſe legem ſtatuere contra Clericos delinquentes, & poſſe eos de ſuo territorio forbannire: paulo poſt in verſ. *Caue tibi.* dixit: *Caue tibi, quia licet iſta ſint pulcra verba, tamen in Canonibus ſtatutum eſt contrarium, quia Clerici ſunt de alio foro principali, videlicet*

Clerici nõ poſſunt à iudicibus laicis in exilium mitti.

de

de foro Eccleſiaſtico, & nec delinquendo, nec prorogando, poſſunt tali foro derogare. Extra de Iudic. cap. at ſi Clerici. & de foro competen. cap. ſi diligenti. Hactenus Baldus.

Priuilegium fori Clericorum eſſe de iure diuino.

QVæ omnia adhuc patebunt euidentius ex tertio capite, quod declarandum, & probandum propoſuimus, videlicet hoc priuilegium exemptionis fori, non quouis iure, ſed diuino fuiſſe Clero conceſſum, quod multis modis demonſtrari poteſt, ſed præcipue quinque:

Primo, inductione diuinorum teſtimoniorum ex vtroque teſtamento petitorum:

Secundo, ex auctoritate Romanorum Pontificum:

Tertio, ex decretis Conciliorum:

Quarto, ex communi & recepta ſententia Canoniſtarum, Legiſtarum, & Theologorum:

Quinto, ex rationibus.

Quibus propoſitis, & explicatis, facile erit ſexto loco argumentis Conſulentium reſpondere.

Diuini iuris appellatione quid intelligatur in hac diſputatione.

Præſuppoſito ergo quod in hoc articulo appellatione Iuris diuini, non intelligimus Ius diuinum quod pertinet ad ordinem gratiæ, quod apte dicitur, Ius diuinum, ſupernaturale, quo ſenſu dicimus omnia ſacramenta Eccleſiæ eſſe de Iure diuino: ſed vel Ius diuinum, quod pertinet ad ordinem naturæ, quod dicitur, Ius diuinum naturale commune, quod ſcilicet recta ratio naturalis omnibus inſinuat, & Deus expreſſe præcipit, vt honorare parentes: vel illud, quod à Deo per ſpecialem reuelationem, aut legem ſuperadditum iuri naturali fuit hominibus conſtitutum in ordine ad bonam Chriſtianæ Reipub. gubernationem ſecundum humanam politiam, cuius generis ſunt præcepta iudicialia Veteris legis, prout docuerunt Theologi apud ſanctũ Thomam. 2.2. quæſt. 57. artic. 2. vbi ſignanter Dominicus Bañes concluſ. 4. & Michael Salon in §. diuiſio iuris. & in §. ſi Theologice.

Rurſus præſuppoſito, nedum ea dici eſſe de Iure diuino, quæ expreſſe continentur in ſacris litteris Veteris vel Noui Teſta-

Teſtamenti, ſed etiam ea, quæ inde neceſſaria concluſione deducuntur, aut alioquin Eccleſiæ, quæ à Spiritu ſancto regitur, perpetua traditione docentur, vt ex S. Thoma Quodlibet.4.artic.13.docuit Franciſcus Vargas tract.de auctor.Romani Pontific. Axiomate. 9. nu.1.& ex alijs ſanctis Patribus Axiomate.10.nu.7. & propoſitione.4.confirmatione.2.nu.4. vbi ex ſancto Thoma lib.4. contra Gentiles cap. 76. & ex Innocentio in cap. ad Apoſtolicæ. de ſenten. & re iudicat. docet, multa probari concludentur eſſe de Iure diuino, licet non videantur expreſſa in ſacris litteris, vt paulo poſt explicatius indicabuntur: cum iſtis (inquimus) veris, & certis præſuppoſitis, ex vtroque teſtamento probatur priuilegium exemptionis fori Clericale eſſe de iure diuino.

Teſtimonia veteris Teſtamenti, quibus probatur priuilegium fori Clericorum eſſe de iure diuino.

QVod attinet ad vetus Teſtamentũ, primo ex Leuitico cap.vltim.conſtat, *quod omne quod Domino conſecratur ſiue animal fuerit, ſiue ager, ſanctum ſanctorum erit Domino*. ſed in nouo Teſtamento Clerici, & Sacerdotes Domino conſecrantur, ergo ad ius pertinebunt Sacerdotum, non autem laicorum.

Nec dicatur id non habere locum in lege Euangelica, quoniam Bonifacius Papa in lege Euangelica eandẽ conſequentiam intulit in cap.nulli liceat. 12. quæſt.2.& iure quidem, quoniam eo ipſo, quod homines cæleſti militiæ adſcribuntur, corpus, & animam dedicant Deo, & in ſortem Domini transferuntur.cap cui portio.12.quæſt.1.

Secundo, idem deducitur ex libro Numeror.cap.3.vbi Deus ſæpe repetit, *Leuitas eſſe ſuos, & eos ſibi ex omni populo delegiſſe, qui Aaroni & filijs eius*, ideſt, *Summo Sacerdoti, & ſucceſſoribus eius dono dari iubentur, quibus voluit eſſe ſubiectos*. conſtat autem nunc in Eccleſia Leuitarum munus obire Clericos, habebunt ergo diuino munere idem immunitatis priuilegium, imo vero multo magis, quia vt inquit ſanctus Leo ſermone 8. de paſſione Domini: *nunc & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior ſeniorum, & ſacratior vnctio Sacerdotum*.

Nec dicatur in veteri Teſtamento hoc priuilegium fori fuiſſe de Iure diuino ceremoniali, & ideo abolitum per nouum Teſtamentum, in quo omnia præcepta ceremonialia ceſſauerunt: Quoniam verius eſt, hoc ad moralia præcepta,

quæ

quæ in Chriſtiana lege non fuerunt extincta, pertinuiſſe, vt ex Zabarella docuit Felinus in cap. ſi quis. nu. 2. de maior. & obedient.

Tertio, ſolet adduci illud de lib. 1. Paralip. cap. 16. & de Pſalmo 104. *Nolite tangere Chriſtos meos.* quibus verbis licet (vt Doctores interpretantur) intelligantur Patriarchæ, qui fuerunt vncti oleo inuiſibili, ideſt, Spiritu ſancto, & eius gratia, de quibus exierunt Reges & ſacerdotes, qui per vnctionem inſtituebantur in lege, vt declarant Nicolaus de Lyra, & illo copioſius Genebrardus, non inepte intelliguntur Chriſtianæ legis ſacerdotes: tum propter vnctionem: tum propter nobilius, & excellentius ſacrificium incruentum, quod Domino offerunt. Et de Chriſtianæ legis ſacerdotibus intellexit diuinam auctoritatem Accurſius in Authentico de non alienan. aut permutan. rebus Eccleſ. paulo poſt principium. §. œconomum. in verbo. *Degeneri*. Vbi tenet, eos defendi Iure Diuino. & Baldus ſuper feudis. tit. de pace tenen. & eius violat. §. ſi Clericus. nu. 2. verſ. *Caue tibi.*

Teſtimonia noui Teſtamenti, vnde probatur priuilegium fori Clericorum iuris diuini eſſe.

DE nouo Teſtamento euidentius iſta deducuntur, nullus enim Catholicus negat beato Petro Apoſtolo apud Ioannẽ cap. vlt. per illa verba: *Paſce agnos meos, & paſce oues meas.* Iure diuino ampliſſimam fuiſſe traditam poteſtatem actiuã & coactiuam, vt ſupra copioſe explicatum fuit, & diffinierunt multi Romani Põtifices, & ſignanter Nicolaus in cap. omnes. 22. diſtinct. & Bonifacius VIII. in Conſtitut. Incip. *Vnam ſanctam*. & Ioannes XXII. in Conſtitut. incip. *Licet iuxta doctrinam Apoſtoli.* Vnde cum iuriſdictio iſta, & poteſtas actiua formaliter ſit in Eccleſiaſtico Magiſtratu, ſicut Ciuilis in Principe, vel Magiſtratu ſæculari, Baldus in. l. 1. §. in initio. nu. 3. ff. de Offic. Præfect. Vrbis. Iaſon in l. 1. nu. 15. ff. de Iuriſdictione omn. Iudic. Boerius deciſ. 227 nu. 7. ſimiliter fatendum eſt, Iure Diuino tributam fuiſſe Iuriſdictionẽ paſſiuam, ne Iuriſdictio actiua fruſtratoria eſſet, & inanis, quod fieret ſi non poſſet ad actum reduci agendo in paſſiuam: præſertim cum omnis forma Iuriſdictionis detur propter executionem & operationem, & ſecũdum Philoſophum, omne agens agat in patiente bene diſpoſito. Inſtituta ergo de Iure Diuino formali-

maliter poteſtate actiua, neceſſario inſtituenda fuit materialiter poteſtas paſsiua ex neceſſaria conſequentia prædictorũ verborum: *Paſce oues meas*.

Inde ergo fit conſequens, vt priuilegium fori Clericale ſit de Iure Diuino, quia de Iure Diuino Clericis eſt data poteſtas ſpiritualis ſuperior, nobilior, & excellentior, quæ excludit omnem aliam inferiorem poteſtatem, cum maior poteſtas minori præponatur. cap. quæ contra. diſtinct. 8. & Clerici duabus poteſtatibus non poſsint eſſe ſubiecti. cap. in Apibus. 7. quæſt. 1. quia confunderetur Ordo Eccleſiaſticæ hierarchiæ. Abbas in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 10. verſ. *Vnde contra omnem honeſtatem*. de Conſtitut.

Supradictis accedit perpetua Eccleſiæ traditio, qua receptum eſt, hoc fori priuilegium eſſe de Iure Diuino fundatum in clara auctoritate Diuini Apoſtoli. 1. ad Corinthios. cap. 6. vbi generaliter reprehendit Chriſtianos, qui cum litigarent, adibant Iudices Gentiles, quibus in Repub. ſucceſſerunt Magiſtratus laici, coram quibus aguntur cauſæ ſæculares. quem locum in eodem ſenſu explanauit Sanctus Clemẽs lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum. cap. 49. incip. *præclara Chriſtiani laus*. ex verſione Ioannis Caroli Bouij. alias cap. 45. incip. *pulcra quidem*. ex verſione Turriani. Ex quibus Sancti Patres, & Concilia docuerunt Eccleſiam habere Iuriſdictionem nedum ſuper ſpiritualibus, ſed etiam ſuper ſæcularibus, cum Sanctus Paulus ibidem dicat: *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? Quanto magis ſæcularia?* Sic etiam intellexit textus in cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit. Rurſus idem Paulus. 1. ad Thimotheum. cap. 5. cum dixit: *Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus*. aperte ei præſcripſit formam procedendi in cauſis criminalibus.

Perpetua Eccleſiæ traditione inſinuatum, priuilegium fori Clericorũ eſſe de iure diuino.

Demum vniuerſalis & perpetua hæc Eccleſiæ traditio, vt cauſæ criminales Clericorum ab Eccleſiaſticis Iudicibus, non autem à ſæcularibus iudicentur, apertiſsime docetur ex tot decretis Conciliorum, quæ ſupra in principio huius confutationis contra hanc Senatus prætenſionem, recenſuimus.

Digitized by Google

Romanorum Pontificũ Decretales epiſtolæ probantes idem fori priuilegium Iure diuino tributum.

SEcundo ex Sacris etiam Canonibus Romanorum Pontificum manifeſtius deducitur eadem veritas, et

Primo ex cap. ſi Imperator. 96. diſtinct. vbi ſic Ioannes Papa pronunciauit: *Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ Religionis Clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti, recipique de errore remeantes.* Nam ſi Dei omnipotentis voluntate hæc ordinata ſunt, ergo Diuino Iure conſtituta ſunt: neque excluduntur cauſæ criminales, quas comprehendit verbum, *diſcuti*, vt colligitur ibi ex gloſſa. in verbo. *& diſcuti.* & ex Præpoſito nu. 1. & ex Zabarella in cap. perpendimus. num. 5. de ſenten. excommun. verſ. *Sed priuilegium.*

Secundo ex cap. ſacerdotibus. 11. quæſt. 1. vbi ex ſancto Gregorio ad Mauritium Imperatorem. lib. 4. epiſtola. 31. ſeu epiſtola. 75. recenſetur, Conſtantino Imperatori oblatos fuiſſe libellos accuſationis contra Epiſcopos, quos ille in eorum præſentia incẽdit, & dixit: *Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite.* Vbi non eſt dubium agi de cognitione cauſarum criminaliũ, quas Imperator noluit iudicare: quo etiam loco ponitur verbum, *diſcuti*, in eadem ſignificatione diſcuſsionis cauſarum criminalium. Hoc autem Conſtantini exemplum ponderat Ioannes XXII. in Conſtitutione incip. *Licet iuxta doctrinam.* Contra Marſilium de Padua, & Ioannem de Ianduno. verſ. *Item Imperator Conſtantinus.* ad condemnandum tertium errorem, quo illi hæretici dicebant, Papam, & perſonas Eccleſiaſticas iudicio Imperatorum in criminalibus ſubiacere.

Tertio ex textu in cap. accuſatio quoque. 2. quæſt. 7. deſumpto ex Anacleto Papa epiſtola. 2. ad Epiſcopos Italiæ, vbi vſque ad §. ſed ſi quis. proculdubio agitur de accuſationibus criminalibus, etiam criminaliter intentatis: in prædicto vero. §. agitur de cauſa criminali ciuiliter intentata, & vtrobique Papa dicit, Primo, *Epiſcopos à Deo eſſe iudicandos:* Secundo, *eorum iniuriam ad Chriſtum pertinere.* a Deo autem iudicari, eſt a Iudicibus Eccleſiaſticis iudicari, vt probatur in cap. ſacerdotibus. 11. quæſt. 1. ibi: *Vos Dÿ eſtis.* & ibi: *Quia indignum eſt, vt iudicemus Deos.* Sunt ergo Iure Diuino in hoc foro conſtituti Iudices, & eodem Iure Diuino ſubiecti illis Clerici delinquentes, ab ipſis diuinis iudicibus iudicandi.

Et

Et corroboratur ex auctoritate Zacariæ cap. 2. qua ibidem vtitur Anacletus, videlicet: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Quod pronunciatum eſt contra Iudices ſæculares prætendentes cognoſcere de cauſis criminalibus Clericorum, quaſi illis Diuino Iure id ſit prohibitum: quod adhuc ſignificatius intelligitur per exemplum ibidem ab Anacleto adductum de Iudicio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui proprio flagello peccantes ſacerdotes a templo eiecit.

Quarto, idem probat textus in cap. relatum. 11.quæſt.1. ex Alexandro Papa I. epiſtola 1.cap.1.vbi eos,qui ſacerdotes Dei ad Iudices publicos, ideſt,ſæculares accuſare præſumũt, Papa dicit,*praeuaricari in Deum ſuum,& non obedire præceptu eius.* Vnde neceſſario conſequitur,Præcepto Domini,ideſt,diuino iure conſtitutum eſſe, ne Clerici, aut Sacerdotes ad iudicia ſæcularia trahantur.

Quinto, id ipſum conuincitur ex cap. Silueſter.in fine.11. quæſt.1.vbi Gelaſius Papa,à quo ſumptus eſt ille textus,conquæritur, *Clericos contra leges diuinas aliorum, quam Epiſcoporum ſubire iudicium.* Ex quo textu ſimiliter videtur concludenter probari de Iure diuino eſſe, ne Clerici coram iudicibus ſæcularibus conueniantur.

Sexto & vltimo, Clericorum exemptionem eſſe de Iure diuino generaliter declarauit Bonifacius Papa VIII. in cap. quamquam.§.cum igitur. de cenſib. lib.6.in hæc verba: *Cum igitur Eccleſia Eccleſiaſticaq. perſonæ,ac res ipſarum,non ſolum iure humano, quinimo & diuino, à ſæcularium perſonarum exactionibus ſunt immunes.* Hæc ibi.

Generaliũ Conciliorum auctoritate conſtare, priuilegium fori Clericorum, ordinatione diuina conſtitutum.

TErtio loco concurrunt generalium Conciliorum ab Eccleſia Romana approbatorum Decreta: nam,

Primo,in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. cap.43. relatum in cap. nimis. de iureiuran. ita ſcriptum eſt: *nimis de Iure diuino quidam laici vſurpare conantur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale detinentes,ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramenta compellunt.* Hæc ibi.

Secundo,in alio Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ.9. ita ſcriptum legitur: *cum à iure tam diuino, quam humano, laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.*

Poſtremo, in Concilio Tridentino ſeſſ.25.de reformat.cap. 20. ordinatione Dei fuiſſe inductam immunitatem Eccleſiaſticarum perſonarum docetur his verbis: *Eccleſia, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, Principes ſæculares non permittent aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violari*. Hactenus Concilium.

Communis Canoniſtarum ſententia conſtanter affirmat, de Iure diuino eſſe priuilegium fori Clericorũ.

PRædictis tanto robore firmatis, ſuccedit quarto loco communis ſententia Canoniſtarum, qui cõformiter cenſuerunt, exemptionem Clericorum a foro Iudicum ſæcularium, eſſe de iure diuino, quibus ſubſcripſerunt graues Doctores de ſchola Legiſtarum, & multi etiam Theologi, quos ſingulariter placuit recenſere, & inchoando a vetuſtioribus Canoniſtis, ſic tenuerunt:

Ioannes antiquiſsimus Decretorum Gratiani gloſſator, in cap. ſi Imperator. in verbo. *Et diſcuti*. 96. diſtinct. vbi affirmauit Clericos nunquam fuiſſe de Iuriſdictione ſæculari.

Tancredus in cap. 2. de maior. & obedient. & ibidem communiter Canoniſtæ.

Oſtienſis nu. 4. & 5. verſ. *Reſpondeo, ſummus Imperator*. Idem in ſumma lib. 2. tit. 1. de Iudic. §. quæ ſint neceſſaria. num. 4. verſ. *Item attendenda*.

Zabarella in dicto cap. 2. de maior. & obedient. vbi refert dictum Tancredi, ſed clarius in cap. perpendimus. de ſenten. excommunicat. nu. 5. circa finem. verſ. *Sed ſi ponimus*. & nu. 6. verſ. *Secundam partem*. Vbi dixit, *Priuilegium immunitatis, vt Clerici non conueniantur niſi tantum coram Iudice Eccleſiaſtico, & non coram laico, non poſſe a Papa reuocari, quia tale priuilegium eſt de Iure diuino, non ceremoniali, ſed morali, contra quod Papa non diſpenſat*. Idem Zabarella in Clementina. 1. nu. 13. de Offic. Ordinar.

Aegidius Bellamera in dicto cap. 2. de maior. & obedient. nu. 4. verſ. *Verum dicit*. Vbi ſequutus Innocentium, Clericos a Deo exemptos eſſe affirmat. Idem in cap. ſi Imperator. 96. diſtin. verſ. *In gloſſa ergo*. & in cap. ex parte. nu. 4. de foro cõpet.

Ioannes And. ibidem. num. 4. verſ. *Sed quæritur*. Cum Tancredo ſentit.

Et Ioan nes de Anania nu. 3. verſ. *Tancredus dicit*.

Petrus de Ancharano ibidem num. 3. quorum ratio eſt, quia

quia cum Clerici ſint res ſpirituales, corpus enim,& animā in ſortem Chriſti tranſtulerunt cap. cui portio. 12. quæſt.1. non debent Iudicio, vel Conſtitutionibus laicorū ſubiacere.

Innocentius in dicto cap. 2. hanc affirmatiuam ſententiā profitetur, & pro ea allegatur a Rota antiqua, in cauſa ſimili ardua deciſ. 10. de conſuetud. in antiq. num. 4. verſ. *Item quia Papa.*& a Sebaſtiano Vantio tract. de nullitat. ex defectu Iuriſdictionis. num. 101. verſ. *Vel cum eſſet Iudex.* Et ſic a Couarruuia, & alijs male allegatur pro negatiua ſententia, vt admonuit etiam Dominus Cardinalis Bellarminus tract. de exempt.Clericorum. cap.1. prope finem. verſ. *Hoc teſtimonium.*

Baldus in dicto cap.2.nu.3.Innocentiū refert, & ſequitur.

Panormitanus in dicto cap. 2. de maior.& obedient.nu.2. Idem in repetitione cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu.2.& ſeq. de Conſtitut. & in cap. At ſi Clerici.nu.23. verſ. *Conſidero.* De Iudic. & in cap. ſolitæ. num. 4. de maior. & obedient. Idem in cap. litteris. nu. 14. verſ. *Ideo puto.* De reſtitut. ſpoliat. & in cap. propoſuit.nu.14.verſ.*Ex quo infertur.* De conceſſ.præben. & in cap.nimis.nu. 3.de iure iuran.vbi explicat Ius Diuinum.

Antonius de Butrio in dicto cap.2. de maior. & obedient. nu. 9. verſ. *Tancredus.*

Felinus in eodem cap. 2. num. 1. verſ. *Maxime propter repugnantiam.* & verſ. *Sed priuilegium.* Idem in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ.nu.6.in princip. de Conſtitut.

Ioannes de Imola in dicto cap. 2. de maior. & obedient. nu.5. verſ. *Sed tamen tenet.*

Præpoſitus in cap. nulli.nu.6. in fine. 54. diſtinct. Idem in cap.cum ad verum.non procul à fine.in reſponſione ad 8.argumentum.verſ. *ad illud de tributo reddendo.* Idem in cap.ſi Imperator.96.diſtinct.nu.1.vbi allegat Rotæ deciſionem.10. de conſuetud. in antiq. contra conſuetudinem Anglicanam. Idem Præpoſitus ſuper feudis. tit. de pace tenenda &.eius violatoribus.§.ſi Clericus.nu.3.Idem in cap.in iſtis.nu.5.verſ. *licet priuilegium fori.* diſtinct.4.

Dominicus de ſancto Geminiano in dicto cap. ſi Imperator. in vltimis verbis. verſ. *nota pro quibus perſonis.*

Ioannes de Turrecremata ibidem,qui longo ſermone probat,

bat, perſonas Eccleſiaſticas non ſubeſſe correctioni poteſtatis temporalis Imperialis, ſiue Regalis.

Eandem ſententiam profitentur Canoniſtæ in cap. Quamquam. de cenſib. lib. 6. vbi Archidiaconus nu. 1. ſuper verbo: *Diuino*. & Ancharanus nu. 3. notab. 3. & Geminianus in princip. notab. 3. Philippus Francus nu. 1. notab. 3.

Marianus Socinus in cap. ſi quis Clericus. de foro competen. nu. 24. declarat. 25. verſ. *ſolutio*.

Decius in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 14. de Conſtitut. & in cap. Clerici. notab. vltimo. nu. 61. de Iudic.

Franciſcus Aretinus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 10. & 11. de Conſtitut. vbi pro hac ſententia allegat Innocentium in cap. 2. de maior. & obedient. & textum cum gloſ. in dicto cap. ſi Imperator. 96. diſtinct.

Arnaldus Albertinus in repetit. cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 11. nu. 89. & nu. 117.

Guilielmus de Monte Lauduno in Clementina. 1. de offic. ordinar.

Ioannes de Imola in dicta Clementina. 1. nu. 5.

Rocus de Curte in cap. final. nu. 510. de conſuetud.

Aufrerius in dicta Clementina. 1. nu. 59. verſ. *in contrarium*. de offic. ordinar.

Martinus Nauarrus in cap. nouit. de iudic. nu. 30. corollario. 1. incip. *Ex prædictis tamen*. vbi expreſſe tenet Clericos & Monachos Iure diuino exemptos eſſe à poteſtate laica in cauſis criminalibus, & ſpiritualibus, & annexis eis ratione Clericatus & Monachatus.

Couarruuias in pract. quæſt. cap. 31. nu. 1. hanc affirmatiuam ſententiam de exemptione Clericorum à foro ſæculari confitetur eſſe communem, licet ipſe poſtea contrariam profiteatur.

Et Petrus Cenedus in Collectaneis ad ius Canonicum ſuper cap. inolita. 11. quæſt. 1.

Poſtremo iam olim Rota de grauiſſimo articulo conſulta, reſpondit contra Regem Angliæ, quod non poterat iudicare Clericos in cauſis criminalibus, etiam ſolum ciuiliter intentatis, quia Clerici habent hoc priuilegium à Iure diuino. deciſ. 10. de conſuetud. in antiq.

De

De ſchola Legiſtarum eandem ſententiam affirmatiuam profitentur inſignes Doctores:

Doctores iuris Ciuilis à diuino iure prouenisse dixerunt priuilegium fori Clericorũ.

Accurtius in Authentico de non alienandis aut permutandis reb. Eccleſiaſt. paulo poſt principium. §. œconomum. in verbo: *degeneri*.

Baldus in §. ſi Clericus. num. 4. tit. de pace tenenda & eius violatoribus. Idem in Authen. Statuimus. num. 1. C. de Epiſcop. & Cleric.

Oldradus conſil. 83. incip. *An Epiſcopus poßit*. qui pro hac etiam ſententia allegatur à Felino in dicto cap. 2. de maior. & obedient. nu. 1. & ab addentibus ad Zabarellam & Panormitanum in dicto cap. 2. de maior. & obedient.

Ludouicus Romanus ſingular. 419. incip. *ſed an poteſt Papa*, ab alijs allegatur ſingular. 414. ab alijs vero ſingular. 416. Idẽ Romanus in l. ſi vero. §. de viro. fallent. 7. nu. 29. verſ. *quod ego confirmo*. ff. ſolut. matrim.

Alexander conſi. 8. incip. *videtur ſuper primo dubio*. nu. 1. verſ. *contrarium dico*. lib. 1. Idem conſil. 149. incip. *in cauſa inquiſitionis*. vbi affirmat hanc ſententiam eſſe veram, etiam in Clericis primæ tonſuræ.

Decius conſil. 150. incip. *Dubitatur principaliter*. nu. 4. Idem conſil. 241. incip. *ſcripſi alias*. nu. 3.

Ioannes Crottus in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. nu. 59. & 60. concluſ. 2. verſ. *hinc in ſpecie dicimus*. vbi allegat Rotæ deciſionem. 10. de conſuetud. in antiq.

Thomas Grammaticus deciſ. 29. incip. *Magnificus*. & deciſ. 61. incip. *venerabilis*. Idem voto. 33. vbi nu. 16. diſerte affirmat priuilegium fori Clericorum emanaſſe à Iure diuino, & à Deo.

Euerardus conſil. 30. nu. 23. & conſil. 42. nu. 25.

Rolandus conſil. 4. incip. *in cauſa Inquiſitionis*. nu. 30. lib. 1. & conſil. 12. incip. *prima etenim eſt dubitatio*. nu. 44. verſ. *quia hoc priuilegium*. & conſil. 23. incip. *in cauſa præſenti*. nu. 10. verſ. *quia priuilegium fori*. lib. 2.

Iaſon in l. eſt receptum. nu. 3. verſ. *imo Papa*. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Idem in Authen. ſi qua mulier. nu. 3. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in l. cunctos populos. num. 87. in ſecunda lectura. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.

Bar-

Bartholomæus Cœpolla conſil.criminal.11.num.46.verſ. *nam dixit Ieſus.*

Carolus Degraſſalio lib.2. Regalium Franciæ. 17. Iure alto.vbi allegat Zabarellam in repetit. dicti cap. perpendimus. de ſenten.excommunicat. & Canoniſtas in cap.at ſi Clerici. de iudic.& in cap.2.de maior.& obedient.

Iacobus Bonaudus in poſtillis ad tractatum Ioannis de Terra rubea contra Rebelles tract.3.artic.5. ſuper verbo: *perſona Eccleſiaſtica*. fol.66. col.3. verſ. *ſed priuilegium fori eſt de Iure Diuino*.

Franciſcus Burſatus conſil.42. incip. *traditum eſt*. nu.2. & conſil.93.incip. *in cauſa*. nu.20. lib.1.

Marius Anguiſſola conſil.28. incip. *Reſpondendo quæſitis*. nu. 12. verſ. *Quia priuilegium fori*. lib.1.

Ioannes Petrus Surdus conſil. 301.incip. *Cui primum*.num. 52. & ſeq.

Marcus Antonius Natta conſil. 495. incip. *De duobus principaliter*. nu.15.lib.3.

Sebaſtianus Vantius tract.de nullitat.tit.de nullitat.ex defectu Iuriſdictionis nu. 101.

Petrus Rebuffus ſuper concordatis.circa finem. in Rubrica de protectione concordatorum. verſ. *Nec obſtat*. & verſ. *Et primo ſciendum*. & verſ. *Erubeſcere debebat*. Vbi reprobando damnatam opinionem Petri Ferrarienſis, eum vocat adulatorem Imperatoris, & mox addit, ob hoc dubitandũ eſſe de anima illius. Idem Rebuffus conſi.193. incip. *Certum eſt*.nu.5.

Camilllus Borellus in additione ad Speculum Principum Petri Bellugæ Rubrica. 11.§.videndum eſt. nu.12.verſ. *Probemus*. ſub litera.g.

Ferdinandus Vaſquius de ſucceſſionum creat.lib. 3. §. 22. limitat. 17. nu. 59. & 60. verſ. *Stat ergo Clericos gaudere priuilegio fori.*

Tiberius Decianus in pract. criminal. lib. 4. cap. 9. num. 1. & ſeq.

Franciſcus Viuius lib. 1. communium opinionum. Opinione. 106. incip. *Clerici à poteſtate.*

Ioannes Baptiſta de Villalobos in communibus Opinion. in verbo. *Clerici vnquam fuerunt*. nu.101. & ſeq.

Paulus

Paulus Fuſcus in ſingularibus vtriuſque iuris. in verbo: *Clericus*. num. 92. incip. *Clericus non poteſt*. verſ. *Clericatus eſt enim de iure diuino*.

Antonius Scappus lib. 1. de iure non ſcripto. cap. 1. num. 1. & cap. 2. nu. 1.

Hieronymus de Cæuallos in ſpeculo practicar. quæſt. communiũ contra communes. quæſt. 550. incip. *priuilegiũ fori*. vbi etiam teſtatur de communi, licet decipiatur allegando pro cõtraria opinione Rotã, & plures ex Canoniſtis ſupra relatis, qui aperte cõtrariam ſententiam affirmatiuam profitentur.

Iulius Clarus in pract. criminal. quæſt. 36. in principio. vbi de communi.

Aegidius Boſſius tit. de pluribus violentijs. nu. 88. vbi allegat gloſſam in Authen. de non alienandis aut permutandis. §. œconomum. in verbo: *degeneri*.

Alciatus in cap. cũ non ab homine. de iudic. hanc dicit eſſe communẽ opinionem, licet vix intelligatur, quã ipſe teneat.

Gabriel Sarayna in additione ad ſingulare Ludouici Romani. 419. incip. *Sed an poteſt Papa*. verſ. *Clericos ante omnem humanam legem*.

Pariſius de reſignat. beneficior. lib. 7. quæſt. 9. num. 5. vbi de communi.

Demum Marcus Antonius Peregrinus, qui hodie negat hanc fori exemptionem eſſe de iure diuino, illam alio tempore affirmauit & probauit conſil. 91. incip. *Addendo ſcriptis*. nu. 49. lib. 1. vbi dixit, *Prælatis Eccleſiaſticis à Deo fuiſſe attributam poteſtatem ſuper Clericos, priuatiue ad laicos Magiſtratus*. & allegat Innocentium in cap. 2. de maior. & obedient. Abbatem, & communiter cæteros in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſtitut. & addit ſic vſu receptum eſſe.

Canoniſtis & Legiſtis ſubſcripſerũt multi Theologi magni nominis: & omiſſis vetuſtioribus videlicet Alberto Magno: Alexandro Alenſi: Bonauentura: Ricardo: Scoto: & alijs, qui pauca expreſſe de hac controuerſia tradiderunt, vel quoniã de hac veritate non dubitabant, cum tot ſacrorũ Canonum auctoritate munita ſit: vel quoniam non ſe obtulerat eis oportuna occaſio: de vetuſtioribus etiã illam tenuerunt.

Theologi etiã graues priuilegium fori Clericorum iuris diuini eſſe affirmant.

Q Iaco-

Iacobus Almainus tract.de ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica.cap.8.propoſitione.3. vbi poſt relatam opinionem Marſilij de Padua concludit, *quod eo ipſo quod aliquis eſt effectus Eccleſiaſticus, poteſtas laica nullam habet in illum poteſtatem,quia eſt effectus filius & liber,& iſta opinio (inquit) videtur probabilior.*

Aegidius Carlerius decanus Eccleſiæ Cameracenſis,quem allegat Almainus,& nos vidimus,in tract.contra certas propoſitiones & additiones male ſonātes in materijs auctoritatis Eccleſiæ iuriſdictionis,& clauium eius.fol.29. & ſequen.

Siluester de Pierio in ſumma in verbo: *Immunitas primo.* quæſt. 4. verſ. *Secundum ad munera.*

Angelus de Clauaſio in ſumma in verbo: *immunitas*.nu.33. §.11. verſ. *Quia iure diuino ſunt exempti.*

Dominicus Sotus lib.5.de iuſtit.& iur. quæſt.4. artic.1. in reſponſione ad 1.argumentū. verſ. *Solum ergo vult.*cuius verba ſunt:*Chriſtus exēptus erat ab omni humano iudicio:in qua vtique exemptione reliquit Vicarium ſuum Pontificem maximum,eiuſque ſubinde inferiores ſacerdotes,ſecundū illud Matthai 17.liberi ſunt filij.* Hactenus Sotus.quod maxime duximus ponderandū,quia à Conſulentibus allegatur pro contraria ſententia.lib.4.ſenten.diſtin.25 quæſt.2.artic.2. concluſ.6. ſed aduertendū Dominicum Sotū poſt commentarios in librum ſententiarum, ſcripſiſſe libros de iuſtitia & iure,vbi ſenior & ſapientior effectus aliter ſenſit.

Ioſephus Stephanus Epiſcopus Veſtanus lib.1.de poteſtate coactiua Romani Pontificis.cap.11.& præſertim.num.10. verſ. *Quis igitur affirmabit.*

Ioannes Azorius lib.5. inſtit.Moral.cap.12.

Ioannes Driedonius lib. 1.de libertate Chriſtiana. cap.9.

Et nouiſſime dominus Cardinalis Bellarminus in reſponſione ad auctorem libelli. 8. propoſitionum in confutatione quintæ propoſitionis,in princip.breuiter,ſed conſtanter eandem affirmatiuam ſententiam aſſeruit,& probauit.

Rationibus etiam probatur priuilegium fori Clericorum à iure diuino emanaſſe.

QVam quinto loco ex rationibus infraſcriptis arbitramur fortiter muniri:

Prima, quia cum in Eccleſia diuino iure data fuerit Petro, & ſucceſſoribus eius poteſtas ſpiritualis, & Eccleſiaſtica actiua, etiam coactiua, ſimiliter iure diuino conſtituenda

Digitized by Google

da fuit paſſiua, vt paulo antea explicauimus.

Secunda, cum Clerici ſint res ſpirituales, ex quo corpus & animam in ſeruitium, & ſortem Christi dederunt. cap. cui portio. 12. quæſt. 1. conſequenter debent Papæ in iudicio & Constitutionibus ſubeſſe. cap. Imperium. & cap. ſuſcipitis, diſtinct. 10. Hæc ratio eſt Innocentij in cap. 2. num. 1. verſ. *Quia cum Clerici*. de maior. & obedient. quem communiter tum ibi tum alibi ſequuntur Canoniſtæ, & Rota, quæ multis præponderat agendo de eadem facti ſpecie deciſ. 10. incip. *Vtrum valeat*. nu. 4. circa finem. verſ. *& quia Clerici*. de conſuetud. in antiqu. & comprobatur, quia cum Clerici ſint Deo dicati, & diuinis vſibus deputati, non debent amplius quaſi laici ſubeſſe iudicio laicorum. cap. nulli liceat. & cap. prædia 12. quæſt. 2. cap. quæ ſemel. 19. quæſt. 3. l. in ſumma. ff. de rerum diuiſ. §. nullius. inſtitut. eodem tit. cap. ſemel. de regul. Iur. lib. 6. Nam res ſacræ ſiue Deo oblatæ, dicuntur eſſe bona Dei, & in illius tranſire patrocinium, ſeu dominium: quare cum Clerici Deo ſint dicati, & in Dei ſortem electi, nihil iuris in eos habet Princeps ſæcularis, nec poteſt legibus ſuis, aut pœnis eos iudicare, aut coercere: & hoc dicunt tot decreta Romanorum Pontificum, & Conciliorum, quæ ſupra initio confutationis huius prætenſionis Senatus, recenſuimus.

Tertia deducitur à ſimili, quoniam vaſa, altaria, templa, veſtes, & cetera Deo ſacra, eo ipſo quod diuino cultui ſunt deputata, a profano & ciuili vſu ſeparantur: Clerici ergo qui modo quodam altiori, & ſecretiori Deo dedicantur, cum ſpirituali quodam charactere animo impreſſo inſigniuntur, quod amplius deleri non poteſt, vt tradunt Canoniſtæ in cap. degradatio. de pœnis lib. 6. & conſequenter multo ſanctiores, & ſpiritualiores, quam prædictæ res inanimatæ efficiantur, non debent profanis iudicijs conſtringi, nec per poteſtates, & leges ſæculi iudicari.

Quarta, aſſerere hoc fori priuilegium eſſe de iure diuino, multum conducit ad quietam & rectam Clericorum, & Eccleſiarum gubernationem, aliter enim poſſent Clerici auctoritate & iuſſu Principum ſæcularium a ſuis muneribus & officijs frequenter abduci, auocari, & impediri: quamobrem fatendum eſt, diuinam prouidentiam conſtituiſſe diuinitus,

Digitized by Google

vt Clerici milites ſui, non humano iure, ſed diuino, hac poteſtate, & quiete potirentur.

Quinta & vltima ratio eſt: ideo ſententia cõtraria timenda eſt, & formidabilis eſſe debet, quoniam magna ex parte eiſdẽ nititur fundamentis, quibus ſuperioribus ſæculis Marſilius de Padua ab Eccleſia damnatus, probare conabatur nedũ Clericos nõ eſſe iure diuino exemptos a laica poteſtate, ſed potius eidem ſubiectos: Quamobrẽ Iacobus Almainus (licet ſæpe in hac materia de poteſtate Eccleſiaſtica lapſus ſit) tract. tamen de poteſtat. Eccleſiaſt. cap. 8. propoſitione. 3. relicta Marſilij opinione, hanc profeſſus fuit: Aegidius quoque Carlerius, quem præcitato loco allegat Almainus, eandem ſententiam negatiuam grauiori nota cenſuit, & nobiſcum ſenſit.

Reſponſiones ad argumenta Conſulentium.

SVpereſt ſexto loco argumentis Conſulentium reſpondere, quæ ad quatuor principia reducuntur: petũtur enim,

Vel ex ratione:
Vel ex ſacris litteris:
Vel ex ſacris Canonibus:
Vel ex auctoritate Doctorum.

Argumentum ex ratione petitum vnum præcipue recenſetur ab vno de Conſulẽtibus videlicet, nec in ſcriptura vetere legitur locus, quod ſacerdotes in criminibus ſæculi exempti ſint à Regia poteſtate: neque in lege noua Euangelica legitur ex ore Chriſti hæc exemptio, imo potius videtur quod Chriſtus & Apoſtoli recognouerint poteſtatem ſæcularem in Cæſare, vt paulo poſt patebit, ergo non eſt de iure diuino.

Argumentum negatiue ſumptum in ore nouatorum frequentiſſimum.

Sed reſpondetur primo, hoc genus argumentandi negatiuum periculoſum eſſe, & in ore nouatorum frequentiſſimum, hoc enim modo ſuperiori ſæculo auſi fuerunt negare aliquot de ſacramentis Eccleſiæ, & ſacrorum Conciliorum definitiones, & omnes Apoſtolicas traditiones, quas Romana Eccleſia à beato Petro, & Petrus & cæteri Apoſtoli à Domino acceperunt, & non ſcripto, ſed voce fidelibus tradiderunt, & ſeruandas præſcripſerunt: ſed Catholici præter illa, quæ in ſacris litteris veteris, & noui Teſtamenti expreſſe continentur, recipiunt Diuinas & Apoſtolicas traditiones,

tiones,ſacras Romanorum Pontificum Conſtitutiones,& ſacrorum Conciliorum Canones.

Secundo reſpondetur,ſicut iam ſupra oſtenſum fuit initio huius articuli, quod priuilegium fori ſit de iure diuino. §. rurſus præſuppoſito. iuris diuini appellatione, nedum intelligi ea,quæ expreſſe continẽtur in ſacris litteris, ſed illa quoque,quæ inde neceſſaria illatione,ſeu conſecutione deducuntur: Ex his autem quæ hactenus tradita ſunt, ſatis concludenter videtur probatum, hoc fori priuilegium iure diuino Clericis fuiſſe tributum.

SEcundum argumentum deducitur ex ſacris litteris Matthæi cap.17. & cap.22.vbi Chriſtus Dominus iuſsit *pro ſe & Petro ſolui ſtaterẽ illis, qui pro Cæſare tributũ exigebant:* Ergo Chriſtus & Petrus recognouerunt poteſtatem ſæcularem in Cæſare: Ergo nedum non legitur exemptio Clericorum de iure diuino in nouo Teſtamento,ſed potius contraria ſubiectio.

Sed admonemus primo, hoc eſſe in forma vnum de argumentis, quibus ſuperioribus ſæculis Marſilius de Padua, & Ioannes de Ianduno ſæcularem Imperatoris poteſtatem ſuper Eccleſiaſticam conſtituere perfide conabantur, vt conſtat ex Alberto Pighio lib.5. de Hierarchia Eccleſiaſtica.cap. 1.verſ. *deinde pergit oſtendere*. & ex alijs mox allegandis: putabat enim ille hæreticus iſto fundamẽto ſubuertere omnem coactiuam auctoritatem iuriſdictiunis Romani Pontificis,& Eccleſiæ vniuerſalis,quam Imperatori tribuebat, ſicut modo Conſulentes Duci, & Reipublicæ Venetæ tribuere moliuntur. Et licet inter Catholicos pro reſponſione ſufficeret indicare armentarium,vnde Conſulentes tela producunt:

Eodẽ argumento, quo olim Marſilius de Padua hæreticus damnatus, Clericos iudicibus laicis ſubijcere conabatur, Cõſulentes ſupponere prætendunt.

Secundo nihilominus dicimus, eidem argumento olim Catholicos Doctores reſpondiſſe dicentes, *Chriſtum non neceſſitate coactum, ſed condeſcenſiue, & liberalitate ſua pietatis iuſsiſſe, profanis exactoribus ſolui tributum*. ſic Gulielmus de Cremona in libro Reprobationis errorum Marſilij de Padua quæſt.1.artic.8. Aluarus Pelagius lib.1.de planctu Eccleſiæ.cap 55. Auguſtinus de Ancona de poteſtate Papæ.quæſt.22.artic.6. Ioannes Cardinalis de Turrecremata in ſumma de Eccleſia.lib.2.cap.96. ad primum argumentum & ſanctus Thomas.2.2. quæſt.10. artic. 10. in corpore articuli. vbi dicit, *Quod licet Dominus potuiſſet*

Chriſtus Dominus & Rex noſter quare tributũ ſolui iuſſerit.

tuiſſet ſe à tributo ſoluendo excuſare, illud tamen ſolui mandauit ad ſcandalum vitandum. Abbas in cap. nouit. num. 12. de iudic. & in cap. omnis anima. de cenſib. Romanus in l. ſi vero. §. de viro. fallent. 7. nu. 29. ff. ſolut. matrim.

Ioannes XXII. Marſilium de Padua condemnauit.

Tertio reſpondetur, errorem Marſilij de Padua in iſta auctoritate male fundatum, fuiſſe condemnatum à Papa Ioanne XXII. in Conſtitutione incip. *licet iuxta doctrinam Apoſtoli*. in princ. §. in primis itaque. vbi Papa enarrata Euangelica auctoritate, & errore condemnato declarat, *Chriſtum iuſſiſſe ſolui tributum non neceſſitate coactum, ſed mera liberalitate, ne ſcandalizaret profanos exactores*, vt patet ex textu Euangelij ibi: *vt autem non ſcandalizemus eos, da eis ſtaterem pro me, & te*. & optimo quidē iure Chriſtus, & Petrus, & cæteri de familia Chriſti non tenebantur ad ſolutionem tributi, quia Chriſtus prius quam ſolueretur tributum, pronuntiauit, *filios liberos eſſe*: & ſic non obſtat iſtud exemplum, de quo vt inquit Abbas in cap. omnis. de cenſibus. *multi laici faciunt magnum feſtum*, ſed imprudenter.

Rurſus deducitur aliud argumentum ex prima epiſtola beati Petri Apoſtoli cap. 2. vbi admonuit diſcipulos ſuos dicens: *ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue Regi tamquam præcellenti, ſiue Ducibus tamquam ab eo miſſis*.

Alterum argumentum, quo etiā olim Marſilius de Padua vtebatur, à Conſulentibus vſurpatum.

Sed animaduertimus primo, ex hac eadem auctoritate Marſilium de Padua hæreticum proſcriptum, idē argumentum nexuiſſe, vt conſtat ex Iacobo Almaino tract. de ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica cap. 8. propoſit. 3. verſ. *ſecunda auctoritas habetur. 1. Petri 2.* Ex qua hæreticus ille concludebat, perſonas Eccleſiaſticas eſſe ſubiectas quantum ad corpora eorum ad tributum: Et Conſulentes prætendunt inde concludere, perſonas Eccleſiaſticas eſſe ſubiectas Duci Venetiarum, nedum quantum ad tributum, ſed etiam quantum ad iudicia criminalia, & pœnas ciuiles pro criminibus ſæcularibus grauioribus.

Tempore Innocentij III. Imperator Conſtantinopolitanus ſacerdotibus prætendebat Imperatore.

Quod tempore Innocentij III. ad annos Domini. M.CC.VI. ſiue Alexius, ſiue Balduinus, vt placet Antonio Contio in notis ad cap. ſolitæ. de maioritat. & obed. ſiue Theodorus Laſcaris, ſiue Henricus Balduini filius Conſtantinopolitanus Imperator cum præſumeret Imperium ſacerdotio, dignitate ac poteſtate præferre, ex auctoritate præmiſſa voluit triplex trahere argumentum. Primum ex eo quod

legi-

Digitized by Google

legitur: *ſubditi eſtote*. Secundum ex eo quod ſequitur: *Regi tamquam præcellenti*. Tertium ex eo quod eſt ſubſequenter adiunctum: *ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum:* per primũ ſubeſſe ſacerdotium: per ſecundum imperiũ præminere: per tertium, Imperatorẽ tam in ſacerdotes, quam in laicos iuriſdictionem, imo etiã gladij poteſtatẽ accepiſſe dicebat. Vnde cum & ſacerdotibus pratẽderet imperare, & Conſtantinopolitanum Patriarchã iuxta ſcabellum pedum ſuorũ in ſiniſtra parte ſedere iuberet: & ſacerdotes in criminalibus vellet iudicare: Innocentius datis ad Imperatorem litteris, quarũ fragmenta recenſuit S. Raymũdus in dicto cap. ſolitæ. de maior. & obed. eũ monuit, vt errore depoſito intelligeret longe aliter intelligendã auctoritatem Apoſtoli, qui licet ſubditos ſuos ad humilitatis meritũ prouocaret, *noluit tamen ſacerdotibus iugũ ſubiectionis imponere*. Cũ vero dixit, *ſiue Regi tamquam præcellenti*: non conſtituit eum ſacerdotibus etiam præfectum: denique cum ſubiunxit: *ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: non intellexit Regem, vel Imperatorem ſuper bonos & malos etiã ſacerdotes gladij accepiſſe poteſtatẽ, ſed in eos ſolũ, qui eius ſunt iuriſdictioni commiſſi.* hinc patet errorem in iſta auctoritate male fundatum, & ab Innocentio III. exploſum, & à Ioanne XXII. contra Marſiliũ de Padua damnatum, à Conſulentibus minime recenſeri, ſed caueri potius tamquã falſum, & in fide ſuſpectum debuiſſe.

Verus intellectus illius auctoritatis. ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ.

Et eodem modo reſpondetur ad alias ſimiles auctoritates, videlicet ad Paulum 1. ad Timotheum 6. *Quicumque ſunt ſub iugo ſerui, dominos omni honore dignos arbitrentur.* & ad illud. 1. Petri 2. *Serui ſubditi eſtote in omni tempore Dominis: non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis*. Nam iſtis verbis nõ ſignificatur iuriſdictio ſæcularium ſuper Eccleſiaſticos, ſed ideo ad iſta præſtanda Apoſtoli hortabantur generaliter omnes fideles, ne nomen Domini, & doctrina eius blaſphemaretur, vt interpretatur ſanctus Tomas. 2. 2. quæſt. 10. artic. 10. Quæ omnia, qua ratione, & cur præſtari debeant, breuiter, pulchre tamen declarauit Tertullianus in libro de Idololatria. cap. 15. his verbis: *Igitur quod attineat ad honores Regum vel Imperatorum, ſatis præſcriptum habemus in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum ſubditos Magiſtratibus, & Principibus, & Poteſtatibus. Sed intra limites diſciplinæ, quouſque ab idololatria ſeparamur*. Hæc ille.

qui

qui Paulo antea docuerat Chriſtum Dominum, qui dixerat reddenda Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, bene appoſuiſſe, *& qua ſunt Dei Deo. Vnde non eſſe omnia Cæſaris, cui licet pecunia cenſus ſit reddenda, non tamen eſt perſona reddenda, ſed Deo*. quod optimè conuenit Eccleſiaſticis: agebat autem Tertullianus eo loco de multis ſacræ Scripturæ locis, quibus ſæculi Magiſtratus ad ſe pertinere omnia falſo arbitrabantur.

Tertium argumentum Marſilij de Padua de Paulo Cæſaré appellante, traductum à Conſulentibus ad ſimilem errorem probandum.

Tertio adducitur in argumentum actio Pauli Apoſtoli de Actibus Apoſtolorum cap. 25. à tribunali Feſti ad tribunal Cæſaris appellantis: vnde Marſilius de Padua ſic argumentabatur contra Eccleſiam, vt conſtat ex Almaino tract. de poteſtat. Eccleſiaſt. cap. 8. propoſitione 3. verſ. *tertia ratio eſt.* & Alberto Pighio lib. 5. de Hierarchia Eccleſiaſtica. cap. 1. in fine. verſ. *hoc ipſum præterea*. Paulus declinauit iuriſdictionem ſacerdotum legis, & appellauit ad tribunal Cæſaris à quo (vt inquit) oportet me iudicari: ſed certum eſt, quod Paulus erat Eccleſiaſticus, immo Epiſcopus, & non eſt mentitus, nec timore pœnæ hoc dicebat, qui pro veritate mori decreuerat, & iudicari volebat à Cæſare: Ergo perſona Eccleſiaſtica non eſt ex Iure diuino à laicali iuriſdictione exempta, nec quantum ad corpus, nec quantum ad tributa.

Sed primo pro reſponſione, optionem damus Conſulentibus, an velint cum Marſilio de Padua negare iſtam fori exemptionem, an vero relictis hoſtium caſtris, recipere ſe ad Eccleſiam, & Cæſaris tribunali omiſſo, ad tribunal Sedis Apoſtolicæ recurrere.

Qua ratione diuinus Paulus Cæſarem Gentilem Imperatorem appellauerit.

Secundo reſpondemus, prout reſponderunt ſuperioribus ſæculis Doctores Catholici videlicet, Gulielmus de Cremona: Aegidius Carlerius: Aluarus Pelagius: Præpoſitus in cap. cum ad verum. col. 13. in reſponſione ad 8. argumentum. verſ. *& dum dicitur Paulus appellauit Cæſarem*. 96. diſtinct. & Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 96. ad 3. argumentum. videlicet, diuinum Paulum non appellaſſe ad Cæſarem tamquam ad ſuperiorem, cuius iuriſdictioni non erat ſubiectus, ſed appellauit contra iniuriam ſibi factam ad Cæſarem tamquam ad ſuperiorem Ordinarium non ſuum, ſed iudicis illius, à quo appellauit, & à quo patiebatur iniuriam: & merito, quia ad tribunal Iudæorum, qui accuſabant

eum,

eum,& inſtantiſſime petebant à præſide,vt eum vltimo ſupplicio afficeret, non debuit appellare,vt eſt notum : appellare autem ad Petrum,licet re vera eſſet caput Eccleſiæ, & haberet coactiuam Iuriſdictionē, non profuiſſet, quia tunc vix erat nota eius poteſtas : *& Caſaris poteſtas*, vt inquit ſanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 10. artic. 10. *Praexiſtebat diſtinctioni fidelium ab infidelibus, ita quod ante perfectam diuiſionem fidelium ab infidelibus, Caſaris, & aliorum infidelium pralatio non ceſſabat in toto propter conuerſionem aliquorum ad fidem, ſicut ceſſauit poſtea aucta multitudine fidelium*. vnde ſanctus Paulus. 1. ad Corint. 6. reprehendebat Corinthios fideles, eo quod auderent prouocare proximos ſuos coram Iudicibus infidelibus.

Quarto Conſulentes recurrunt ad vſitatum argumentum, quod putant deduci ex illa auctoritate Pauli ad Romanos cap. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. relata in cap. omnis anima. de cenſib. vbi ſolutio tributi arguit ſubiectionem.

Quartum argumentum Marſilij de Padua à Conſulentibus inductum contra Eccleſiaſticorum immunitatem.

Circa hoc argumentum ſimiliter admonemus, fuiſſe vnū de præcipuis, quibus vtebatur Marſilius de Padua ad eundē effectum, vt conſtat ex apologia eiuſdem Marſilij ad Ludouicum Bauarum, & ex Alberto Pighio lib. 5. de Hierarchia Eccleſiaſtica. cap. 1. & Iacobo Almaino de poteſtate Eccleſiaſtica. cap. 8. propoſitione. 3. verſ. *& ad hoc probandum*. Cæterum dicimus, ex eo non concludi perſonas Eccleſiaſticas, ſubiectas eſſe Principibus ſæcularibus quantum ad corpora, nec quantū ad tributa. Et pro vera intelligentia illius loci obſeruandum eſt ex ſancto Hieronymo ibidem, *Iſtam Pauli ſententiam prolatam fuiſſe aduerſus illos, qui ſe putabant ita habere libertatem Chriſtianam, vt aut nulli honorem deferrent, aut tributa dependerent: quocumque ergo modo eos Apoſtolus humiliare deſiderans, ne forte propter ſuperbiam magis quam propter Deum, contumeliam paterentur, ad humilitatem, & ſubiectionem hortatur*: non tamen ita (ſicut arbibantur illi hæretici) vt indiſtincte omnes Chriſtiani Principibus ſæcularibus forent ſubiecti, ſed vt omnis anima, ideſt, omnis homo ſubiectus eſſe deberet ſublimioribus poteſtatibus, reſpectiue tamen, ideſt, laicos laicis, & Eccleſiaſticos ſuperioribus Eccleſiaſticis, vt interpretatur ibi Nicolaus de Ly-

Verus intellectus Paulinæ auctoritatis: omnis anima. &c.

ra & Albertus Pighius lib.5.Hierarchiæ Eccleſiaſticæ cap. 7. vbi copioſe tradit huius loci intelligentiam: legitimus ergo Apoſtoli ſenſus eſt, vt ſecundum Chriſti religionem, quæ neminem iure ſuo priuat(neque enim abſoluit filios à patria poteſtare, neque ſeruos à ſeruitute, quam debent dominis, nec ſubditos a ſubiectione ſuperiorum ſuorum, & ab obedientia Ciuilium Magiſtratuum)hortetur ſingulos, vt ſubditi ſint ſublimioribus poteſtatibus reſpectiue eis perſoluentes, quæ ſuo iure debentur. Ex quo ſenſu vero & legitimo infertur, perſonas Eccleſiaſticas ſubiectas eſſe debere Prælatis Eccleſiaſticis, ſicut laici ſubijciuntur Principibus ſæcularibus.

Appellatione ſublimiorū poteſtatum intelligi etiam Eccleſiaſticas.

Nec dicatur appellatione ſublimiorum poteſtatum, ſolos Principes, & Magiſtratus ſæculares eſſe intelligendos: Quoniam intelligi etiam poſſunt poteſtates Eccleſiaſticæ, vt cenſuit ibi ſanctus Hieronymus in principio, his verbis: *Aliter, quod ſublimiores poteſtates, Eccleſiaſticæ poteſtates intelligantur*.

Et eodem modo reſpondetur ad auctoritatem ſancti Pauli in epiſtola ad Titum cap.3. quam vltimo loco allegant Conſulentes: ibi: *Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe: dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe*. quoniam verbis iſtis Apoſtolus humilitatem commendat, & debitam ſubiectionem, ſed non conſtituit Principes ſæculares iudices Clericorum.

Reſponſiones ad argumenta ex ſacris Canonibus petita.

TErtio loco reſpondendum eſt argumentis, quæ ex ſacris Canonibus nectunt Conſulentes, in quibus illud eſt præcipuum, quod deſumunt ex cap.nos ſi incompetenter. §. ſed notandum eſt. 2. quæſt. 7. vbi ex Gratiano deducit vnus ex Conſulentibus, *Quod in cauſis ſæculi Dauid Rex præerat ſacerdoti: in cauſis autem Dei, ſacerdos præerat Regi*.

Sed reſpondetur primo, illum non eſſe textum alicuius Canonis, ſed eſſe verba Gratiani non habentis poteſtatem condendi leges, & ideo eius auctoritatem non eſſe opponendam tot argumentis hactenus pro vera opinione deductis.

Secundo reſpondetur, ſecundum Cardinalem antiquum, prout refert ibi Archidiaconus nu.4. in verbo: *præerat*. & communiter Canoniſtæ, quod mentitur ibi Gratianus.

Tertio reſpondetur ex ſententia Hugutionis antiqui gloſſatoris Gratiani ibidem, ſecundum ſanum intellectum, verum eſſe quod dicit ibi Gratianus, quia verbum, *præerat*, deſignat dignitatem & prioritatem reſpectu ſacerdotum, non iuriſdictionem ſuper eos, ita vt in cauſis & delictis ſæcularibus poſſent perſonas ſacerdotum iudicare, quia nullo tempore Clerici fuerunt ſub Imperio, nec ſub iuriſdictione Principum ſæcularium, vt conſtat ex deductis ab Innocentio diſcurrente ab origine mundi in cap. licet ex ſuſcepto. nu. 3. verſ. *ſed dicet aliquis*. de foro competen. & Bellamera in cap. ex parte. nu. 5. eodem tit. vbi dicit, *Quod licet aliquando laici exercuerint iuriſdictionem in Clericos, etiam perſonaliter & criminaliter, id tamen non fecerunt de iure, ſed de facto, & per iniurioſam violentiam, præſertim tempore primitiuæ Eccleſiæ, quando Chriſtiani opprimebantur, & Sancti patiebantur martyriũ, nec Eccleſia poterat reſiſtere.* Ex iſtis enim actibus non poteſt probari legitima Principum iuriſdictio coactiua ſuper perſonas Eccleſiaſticas, vt in terminis declarauit Ioannes XXII. in Conſtitutione contra Marſilium de Padua in reprobatione tertij erroris. §. *ad huiuſmodi autem erroris ſui fulcimentum*. vbi dicit, *quod per iſtos actus nihil aliud concludi poteſt, niſi quod Imperator de facto, & iniuſte poteſt iudicare, & interficere Papam: quod vtique non ſolum de Imperatore concedimus, ſed etiam de quolibet priuato, ſicut & plures Imperatores à priuatis perſonis, & Summos Pontifices à non ſuis iudicibus, ſicut omnes Martyres legimus interemptos.* vnde recte Baldus in cap. 2. nu. 3. de maior. & obedient. dixit, *ſemper Clericos fuiſſe exemptos de iure à iuriſdictione laicorum, licet non de facto, vt patet in exemplis Martyrum.*

Quomodo intelligatur dictũ Gratiani affirmantis Reges ſacerdotibus præfuiſſe.

Secundum argumentum deſumunt ex textu in cap. omnis anima. de cenſib. vbi ex ſolutione tributi arguitur ſubiectio, quam nos non negamus, quinimo tributa & debita, illis quibus debentur ſecundum ſacros Canones, libenter ſoluenda perſuademus: Itaque accepto illo textu prout ſummatur ibi à Canoniſtis, quod ſolutio tributi arguit ſubiectionem, dicimus reſpectiue intelligendũ, vt ſolutio tributi, quod præſtant laici Principibus ſæcularibus, arguat ſubiectionem eorum ad Principes ſæculares: ſolutio vero tributorum & cenſuum, quam exhibent Clerici ſuperioribus ſuis Eccleſiaſticis, arguat ſubiectiones erga eos Et hic eſt legitimus ſenſus, quẽ

Verus intellectus cap. omnis anima. de cẽſib. & quomodo ſolutio tributi arguat ſubiectionem.

patefacere oportet, non obſcurare ad decipiendos Principes ſæculares, & ad conſtituendos eos ſuperiores poteſtatibus Eccleſiaſticis, contra Diuinas leges.

Reſponſiones ad Doctores, quorum auctoritate nituntur Conſulentes.

QVarto loco, eodem ordine, quo allegantur, reſpondendum eſt Doctoribus, quorum auctoritate nituntur Conſulentes, ad perſuadendum priuilegium fori Clericorum non eſſe iuris Diuini, ſed iuris humani poſitiui.

Et primo ad Couarruuiam in pract. quæſt. cap. 31. nu. 2. verſ. *Contraria opinio*. reſpondetur, eum negligentius, quam articulus tam grauis poſtularet, rem conſideraſſe, cum non ſolum contra receptiſſimam Canoniſtarum ſententiam, quam ipſe ibidem nu. 1. & nu. 5. verſ. *Tertio illud*: agnouit eſſe communem, ſed etiam contra ſupra deducta Conciliorum Generalium decreta fuerit loquutus, & præſertim contra Bonifacij Papæ VIII. conſtitutionem in cap. Quamquam. de cenſib. lib. 6. neque enim ſatis liquet, qua ratione potuerit dicere Clericos & res eorum lege Diuina non eſſe exemptos à Iuriſdictione & poteſtate ſæculari, ſed potius lege humana, cum Bonifacius Papa VIII. in dicto cap. quamquam. §. cum igitur. expreſſis verbis contrarium declarauerit affirmando: *Eccleſiaſticas perſonas, & res ipſarum, non ſolum iure humano, quinimo & diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus eſſe immunes*.

Secundo reſpondetur Couarruuiam auctoritate Innocentij oſcitanter inſpecta, quem allegat in cap. 2. de maior. & obedient. fuiſſe deceptum: cum Innocentius, vt ſupra in recenſendis Canoniſtis obſeruauimus, affirmatiuam, non negatiuam ſententiam profiteatur.

Quod attinet ad Petrum Ferrarienſem, & Carolum Molineum, quos Couarruuias allegat, ſatis eſt indicare, Ferrarienſem iuſto Eccleſiæ iudicio in multis fuiſſe emendatum: Carolum vero Molineum tanquam hoſtem Eccleſiæ fuiſſe proſcriptum. De Alciato (vt ſupra dictum eſt) non conſtat quid aperte ſenſerit de hoc articulo.

Ad Franciſcum de Victoria Relectione. 1. de poteſtate Eccleſiæ. quæſt. vltima. propoſit. 2. affirmantem, *non omnem exemptionem Clericorum eſſe de iure diuino*: Et propoſitione. 4. dicen-

dicentem, *perſonas Clericorum non omnino, & quoad omnia eſſe exemptas à poteſtate ciuili, nec iure diuino, nec humano*. Reſpondetur primo ſicut proxime reſponſum eſt ad Couarruuiam.

Secundo reſpondetur, ſecundum veritatem rei geſtæ, eas Relectiones, quæ vulgo ſub nomine Franciſci de Victoria Ordinis Prædicatorum circumferuntur, non eſſe legitimum eius partum, cum conſtet nihil operum Doctorem illum in lucem edidiſſe, ſed excepta a diſcipulis vtcunque a magiſtro voce profitente, minimeq. ab ipſo emendata typis impreſſa publicata fuiſſe: quod multis alijs Doctoribus prædefunctis contigiſſe, & magnam ſæpe eis, eorumque honori propterea iniuriam illatam fuiſſe, notum eſt: longe enim diuerſa conſideratione à viris doctis & prudentibus ponderari ſolent, quæ ſub eorum nomine publicanda ſunt, quam illa, quæ ſæpe ſcribuntur non vt publicentur, ſed ob alias cauſas ſupprimuntur, & in tenebris deliteſcunt.

Tertio reſpondetur, auctorem iſtarum relectionum veritate compulſum infraſcriptas propoſitiones proximius ad verum ſpectantes protuliſſe, videlicet quintam: *Dato quod perſonæ Eccleſiaſticæ non eſſent exemptæ iure diuino, aut Cæſareo, Summus Pontifex potuit eas eximere à poteſtate ciuili*. Et ſextam: *exemptio Clericorum maxime quoad perſonas, ita vt nec iudicari, nec puniri à ſæculari poteſtate poſſint, eſt multum conformis iuri diuino, & naturali*. Et ſeptimam: *ſiue exemptio Clericorum ſit de iure diuino, ſiue non, tamen non poteſt à Principe ſæculari tolli talis libertas, vel exemptio*.

Ad Dominum Cardinalem Bellarminum tom. 1. controuerſ. lib. 1. de Clericis. cap. 28. reſpondetur, non ſatis fideliter allegari à Conſulente: nam propoſitione quinta non dixit exemptionem Clericorum quoad forum non eſſe de iure Diuino, cum temperate pronunciauerit ſic: *Exemptio Clericorum in rebus politicis ſaltem quoad bona, Iure humano introducta eſt, nō Diuino. Hæc eſt contra Canoniſtas*. Hactenus Dominus Cardinalis, quibus verbis duo clare affirmauit, tertium ſub dubio reliquit. Primum clare affirmauit, *exemptionem Clericorum in rebus politicis ſaltem quoad bona, iure humano introductam eſſe, non diuino*: Secundum affirmauit, *eam ſententiam eſſe contra Canoniſtas*: Tertium quod ſub dubio reliquit, eſt, de exemptione

Cle-

Clericorum quoad forum, nam ibi circa hunc articulum nihil clare affirmauit, vel negauit. Cæterum in reſponſione aduerſus anomymum auctorem libelli. 8. propoſitionum, In quinta propoſitione idem dominus Cardinalis dubitationem ſuſtulit, vt paulo antea cum Theologos recenſeremus, aperuimus.

Ad Ludouicum Molinam, quo auctore Conſulentes, & alij ſcriptores pro Venetis & frequenter, & libenter vtuntur tom. 1. de Iuſtit. tract. 2. diſputat. 31. concluſ. 3. affirmantem, *non omnem iuriſdictionem Clericorum eſſe de iure diuino*: & concluſ. 4. aſſerentem: *arbitrari ſe Summum Pontificem iure diuino eſſe omnino exemptum ab omni vniuerſim terrena poteſtate, reliquas vero Eccleſiaſticas perſonas non iure diuino, ſed humano videri exemptas à ſecularibus poteſtatibus*.

Reſpondetur primo, ſicut ad Couarruuiam Secundo reſpondetur, eum liberius quam deceret Theologum & religioſum, in re tam graui non conſideratis ſacris Canonibus, præcipitem protuliſſe ſententiam. quo autem conſilio id fecerit Ioannes Petrus Surdus explicuit conſil. 301. incip. *Cui primum.* vbi cum nu. 52. & ſequen. de hoc eodem articulo diſſerens vere affirmaſſet, priuilegium fori eſſe de iure Diuino. nu. 56. protulit hæc verba: *Quibus fit vt minime ſtandum ſit his, quæ Molina aſtruit in tract. de Iuſtit. diſputat. 31. verſ. tertia pars concluſionis. vbi dicit Clericorum hanc exemptionem non Iure Diuino conceſſam, ſed poſitiuo: non parum enim hallucinatur, dum ſecularibus Principibus vult gratus fieri*. Hæc Surdus.

Ad Dominicum Sotum vnico verbo reſpondetur ſicut paulo antea notauimus in Catalogo Theologorum, eum poſt commentarios in librum 4. ſentent. in libris de Iuſtit. & Iure. quos ſenior ſcripſit lib. 5. quæſt. 4. artic. 1. mutaſſe ſententiam.

Ex his patet Conſulentes ſolum pro ſe habere Couarruuiam, & Molinam: Couarruuiam autem facile poſſe ab iſto numero eximi, quem veriſimile eſt mutaturum fuiſſe ſententiam, ſi diligentius examinaſſet doctrinam Innocentij in cap. 2. de maior. & obedient. quem allegauit pro negatiua ſententia, cum tamen certum ſit, affirmatiuam profiteri. Et propterea non receſſiſſe ab ea eundem Innocentium in

cap.

cap. nouerit. nu. 2. de ſenten. excommun. cum dixit: *in temporali generaliter, & generalis Eccleſia ſolum Imperatorem, qui vniuerſis & Clericis, & laicis, & in temporalibus praeſſe debet, priuilegium concedere poſſe. cap. cum ad verum 96. diſtinct.* nam licet obſcure loquatur, non ſentit Clericos ſubeſſe Imperatori ratione iuriſdictionis, ſed bene ratione capiendi commoda vigore priuilegiorum, quæ Eccleſijs & Clericis conceſſit, & concedere poteſt: habet enim Imperator in genere præeminentiam quandam, ſiue apicem poteſtatis, vt circa temporalia, priuilegia multa concedere poſſit, ſicut conceſſa videmus ab antiquis Imperatoribus vt plurimum in iure relata. C. de ſacroſan. Eccleſ. & de Epiſcop. & Cleric. & alibi ſæpe. & hoc modo intellexerunt Innocentium Hoſtienſis in dicto cap. nouerit. de ſenten. excommun. verſ. *Quod ſolus.* & Ioannes de Lignano in verſ. *Ab Imperatore.* & Abbas Antiquus verſ. *In temporalibus autem.* & Ioannes Andr. verſ. *Multa & alia priuilegia.* & Henricus Boic. & Antonius de Butrio nu. 9. Ex quibus patet legitimam Innocentij ſententiam eſſe, quod ſolus Imperator poteſt concedere priuilegia Eccleſiæ generali, conſiderato Imperatore ſicut erat in ſtatu primæuo, & habito reſpectu ad alios Principes ſæculares, qui generaliter non poſſunt Eccleſiæ generali priuilegia concedere.

Quomodo ſit intelligendum dictum Innocentij. in cap. nouerit. de ſen ten. excomm.

Cum ergo Curia ſæcularis amplectitur opinionem Innocentij (vt dixit Iunianus Thomaſus Rotæ Auditor apud Bellameram conſil. 40. nu. 32.) putando ad ſuum fauorem loqui, grauiter errat, quoniam Innocentius, qui in cap. 2. de maior. & obedient. dixerat, Clericos iure Diuino eſſe exemptos a Iuriſdictione Imperatoris, non mutauit ſententiam in cap. nouit. de ſenten. excommun. ſed ſibi ipſi ſemper conſentiens, prædicto modo eſt intelligendus.

Errat curia ſæcularis ſequendo Innocentiũ male intellectum.

Dato autem ſine veri præiudicio, quod priuilegium fori Clericorum non eſſet de iure diuino, adhuc tamen potuerunt Romani Pontifices ſine conſenſu Imperatorum, & Principum ſæcularium, eos eximere à laica poteſtate: quod quarto loco docere propoſuimus.

Quamuis priuilegium fori Clericorũ non eſſet de iure diuino, potuerũt tamen Romani Pontifices ſine conſenſu Principum ſæcularium eos eximere à laica poteſtate.

Primo, quia nedum conueniens, ſed neceſſarium etiam videtur ad adminiſtrationem rerum ſpiritualium, vt perſonæ Eccle-

Eccleſiaſticæ ſint exemptæ à iudicio Ciuili, tum vt liberius adminiſtrationi rerum ſpiritualium intendere poſſint: tum ne à ſæcularibus Magiſtratibus inde auocentur, aut impediantur: Quibus earum rerum non tenentur reddere rationem, exemplo Apoſtolorum, qui vniuerſam Eccleſiæ adminiſtrationem exercebant ſine reſpectu, & auctoritate Principum ſæcularium: Quod ſimiliter præſtiterunt omnes viri ſancti, & boni Eccleſiaſtici etiam poſtquam Imperatores, & Principes relicto gentilitatis errore, Fidem Catholicam fuerunt profeſſi.

Neceſſaria fuit exemptio in miniſtris Eccleſiaſticis, à iuriſdictione ſæculari.

Ex eo etiam conſtat talem exemptionem eſſe neceſſariã, quia cum nemo militans Deo implicare ſe debeat negotijs ſæcularibus, vt dicit diuinus Paulus. 2. ad Timoth. cap. 2. vix Clerici poteſtatibus ſæculi ſubiecti euitare poſſent negotia ſæcularia, à quibus ſacri Canones iubent Clericos, & Monachos abſtinere. cap. 1. & toto tit. ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant. neceſſarium ergo erat, vt Papa propria auctoritate poſſet miniſtros Eccleſiaſticos eligere, vt ſpiritualia, & Eccleſiaſtica digne per eos exercerentur, quamquam Principes ſæculares contradicerent, aut repugnarent. Vnde hac ratione oportuit Clericos Pontificia auctoritate ſubtrahere à iudicio ſæculari, & maxime quoniam poſtquã Eccleſiaſticis ordinibus initiantur, nihil aliud niſi Deum curare debent. cap. cui portio. 12. quæſt. 1. Nam quod ad ſæcularia officia confertur, Religionis cultui, & Eccleſiaſtico officio detrahitur. cap. ecce. 99. diſtin. & dicto cap. cui portio. 12. quæſt. 1.

Idem ſuadet ſumma Romanorum Pontificum auctoritas, qui poteſtatem habent ferendi leges ſuper his, quæ ſunt Eccleſiæ regimini, & adminiſtrationi conducibilia: conducit autem plurimum Eccleſiæ miniſtros, & res eorum à iudicibus ſæcularibus eſſe immunes; ſicut agnouerunt Couarruuias in practicis quæſtionib. cap. 31. num. 3. concluſ. 3. & Auctor relectionum, quæ ſub Franciſci de Victoria nomine circumferuntur relectione prima de poteſtate Eccleſiæ. ſectione. 7. quæſt. vltim. propoſition. 5. & Dominicus Sotus lib. 4. ſenten. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 6.

Has autem leges ſæpe à Romanis Pontificibus fuiſſe latas, no-

notum eſt in iure Canonico mediocriter verſatis, quibus illud in primis conſtitutum cernitur, ne Imperatores, & Principes ſæculares, in perſonas Eccleſiaſticas manus mittant, ne ad ſua tribunalia ſeu iudicia ſæcularia trahant, ſed libere permittant ſua immunitate gaudere, & Pontificibus eſſe ſubiectos: cap. Imperium. & cap. ſuſcipitis. diſtinct. 10. cap. bene quidem. & cap. cum ad verum. & cap. duo ſunt. & cap. ſi Imperator. 96. diſtin. Et licet ſecundum veram ſententiam quam ſupra explicuimus, per iſtos Pontificios Canones non fuerit conceſſa Clericis exemptio fori, quæ iure diuino ipſis competebat, ſed potius declarata: nihilominus tamen bene faciunt ad hoc propoſitum, quod licet Clerici non eſſent de iure diuino exempti, potuerunt tamen per leges Pontificias eximi etiam ſine conſenſu Imperatoris, aut quorumcunque Principum ſæcularium. Innocentius in cap. 2. de maiorit. & obedient. nu. 1. verſ. *vel dic quod Papa etiam ſine conſenſu Imperatoris*. vbi Hoſtienſis nu. 5. & 6. Ioannes Andr. & ibidem communiter Canoniſtæ, & Zabarella in cap perpendimus. col. 3. in fine. nu. 5. de ſentent. excommun. vbi dixit, *Hanc concluſionem procedere ſine dubio præſuppoſita maioritate Pontificatus, & ſubordinatione dignitatis Imperialis ad Pontificalem, vt ſcilicet apud Papā ſit vtraque poteſtas ſpiritualis, & tēporalis*. quod ſine periculo fidei negari non poteſt. item tenet Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu Eccleſiæ. cap. 44. non procul à fine. verſ. *vel dic quod Papa ſine conſenſu Imperatoris*. Iſtorum enim Doctorum communis, & conformis ſententia eſt, potuiſſe Papam per ſuas conſtitutiones eximere Clericos à iuriſdictione Imperatoris. Nec dicatur ideo prædictos Doctores ſic aſſeruiſſe, quoniam alias ipſi tenent exemptionem eſſe de iure Diuino: Quoniam reſpondetur Couarruuiam, Franciſcum de Victoria, & alios, qui dicunt exemptionem Clericorum in temporalibus, & criminalibus non eſſe de iure Diuino, affirmare tamen, potuiſſe Romanum Pontificem eximere Clericos in ſuis perſonis, & bonis etiam inconſultis Principibus ab eorum exactionibus, & foro: Sic enim dixerunt Couarruuias in practicis quæſt. cap. 31. concluſ. 3. nu. 3. & Auctor Relectionum, quæ ſub nomine Victoriæ circumferuntur, Relectione. 1. de poteſtate Eccleſiæ. ſection. 7. quæſt. vltima. propoſit. 5. & Dominicus

Communis ſententia eſt, potuiſſe Papam eximere Clericos à iuriſdictione Imperatoris.

Sotus lib. 4. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 6. & Ioannes Blaſius Nauarrus in diſputatione de vectigal. cap. 10. Vbi ſimul addunt videlicet Couarruuias concluſ. 4. nu. 4. Auctor relectionum Victoriæ. propoſit. 7. & Blaſius Nauarrus propoſit. 3. & Sotus dicta concluſ. 6. *Quod quamuis exemptio Clericorum à iuriſdictione ſæculari iure humano eſſet inducta, Princeps tamen ſæcularis quantumcunque ſummus, non poterit huic immunitati, aut exemptioni proprijs legibus, aut propria auctoritate derogare* & merito Doctores iſti ſic concluſerunt, quoniam alias eorum ſententia vix poſſet a confinibus erroris Marſilij de Padua ſeparari.

Principes ſæculares non poſſunt legibus ſuis immunitati Clericorũ derogare.

Priuilegio fori ſemper vti, & defendi Clericos, donec ab Eccleſia fuerint degradati.

EX prædictis iure optimo infertur declaratio quinti capitis, ſeu articuli, quē ſupra propoſuimus, videlicet hoc fori priuilegio ſemper & in omnibus criminibus vti & defendi Clericos, donec ab Eccleſia fuerint exauctorati, degradati, & Curiæ ſæculari traditi, ſeu relicti, idque in caſibus expreſſis a iure Canonico, & Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, qui non ſunt admodum multi. Et quoniam de hoc articulo ſatis obſcure & confuſe loquuti fuerunt Doctores præſertim qui non viderunt Pontificale Romanum, & praxim degradandi, ſæpe confundentes depoſitos cum degradatis, nec ſatis intelligentes quoſdam ſacros Canones de hac materia loquentes, ideo breuiter & dilucide hæc perſtringenda duximus, vt intelligatur quando Iudex ſæcularis poſſit procedere contra Clericos tamquam de ſuo foro effectos.

Conſtituta ergo vera ſententia, quam ſupra late explicauimus, quod Clericus propter quodcunque crimen etiam enormiſſimum, non poteſt a Iudice ſæculari puniri, niſi prius ſit a Iudice Eccleſiaſtico degradatus, & Curiæ ſæculari traditus, ſeu relictus, vt de communi teſtatur Couarruuias in pract. quæſt. cap. 32. nu. 2. quem ſequitur Iulius Clarus in pract. Criminal. quæſt. 36. nu. 35. verſ. *Scias autem.* Notandũ eſt, duplicem eſſe degradationem: vnam verbalem, alteram actualem. cap. 2. de pœnis. lib. 6. vbi communiter Canoniſtæ. & in cap. nouimus. de verbor. ſignificat. Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. de reformat. cap. 4. late Arnaldus Alber-

Duplex degradatio, vna verbalis, altera actualis.

ber-

bertinus in cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 14. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 13. Iulius Clarus in pract. criminal. quæſt. 36. verſ. *Scias autem.* & quæſt. 74. Simon Maiolus lib. 3. de irregularitat. cap. 22. *De depoſitis & degradatis.* & Summiſtæ in verbo. *Degradatio.* Vbi ſignanter Silueſter & Angelus de Clauaſio. Inter has vero duas degradationes notabilem eſſe differentiam, quia Clerici in quocumque ordine conſtituti, propter verbalem degradationem, ſiue propter depoſitionem verbalem, non perdunt priuilegium fori, adhuc enim remanent ſub Eccleſiæ Iuriſdictione. & hæc eſt veritas, & communis opinio gloſſ. in cap. ad abolendam. §. præſenti in verbo. *Prærogatiua.* & in verbo. *Relinquatur.* De hæret. Ancharanus conſil. 158. incip. *Ex narratis in facto.* nu. 5. & ſeq. copioſe Arnaldus Albertinus in repetit. cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 11. nu. 2. & Conradus Brunus præcitato loco. Secus autem eſt propter degradationem actualem. Abbas in dicto cap. nouimus. de verbor. ſignificat. nu. 2. notab. 2. Idem Abbas in cap. Ioannes. & in cap. ex parte. de Clericis coniugat. Bernardinus Diaz in pract. criminal. Canonica. cap. 131. in verbo: *Data incorrigibilitate.* in princ. & verſ. *Nolui tamen.* & verſ. *Et cum Clericus.* Silueſter in verbo. *Degradatio.* nu. 8. quæſt. 6. & Iulius Clarus in dicta quæſt. 36. nu. 35. verſ. *Scias autem.* Et ratio eſt, quia per degradationem verbalem, quam facit Epiſcopus proprius propter delictum depoſitione dignum, licet Clericus deponatur à priuilegio Clericali, & ordinum executione, nihilominus non traditur Curiæ ſæculari, vt patet ex prædictis Doctoribus, & ſignanter ex gloſſa in dicto cap. ad abolendam. in verbo. *Prærogatiua.* & in verbo. *Relinquatur.* de hæret. & ex Albertino in dicta repetitione ſuper cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 11. nu. 2. quod clarius conſtat ex praxi, quam præſcribit Pontificale Romanum part. 3. in forma depoſitionis, vbi deponitur Clericus, ſed non traditur Curiæ ſæculari, in hæc verba: *Quia nobis euidenter & legitime conſtat, te tale crimen, ſeu flagitium commiſiſſe, quod non ſolum graue, verum etiam damnabile eſt, & damnoſum, idcirco de talium conſilio, & aſſenſu ab omni ordine, & priuilegio te ſententialiter perpetuo duximus deponendum, & deponimus.* Hæc ibi.

Clerici per degradationem verbalem non perdūt fori priuilegium, quod tamen amittūt per actualem.

Clericus depoſitus retinet priuilegium fori.

Et ex hoc rurſus conſequuntur duo notabiles effectus: primus eſt, quoniam cum taliter depoſitus, non ſit actu aliter degradatus, nec Curiæ ſæculari traditus, ſeu relictus, ſed retinet priuilegium fori, ideo non poteſt a Iudice ſæculari puniri, vel iudicari, quoniam cum teneatur viuere Clericaliter, eum debet Eccleſia tueri. gloſſa recepta in dicto cap. ad abolendam. in verbo. *Relinquatur*. de hæret. Alter effectus eſt: quia Clericum depoſitum, ſeu verbaliter degradatum, poteſt proprius Epiſcopus reſtituere, vt patet ex Pontificali Romano præcitato loco pag. 623. col. 1. verſ. *Verum ſi Epiſcopus*. Vbi dicitur, *Quod ſi Epiſcopus deponens euidenter agnouerit in poſterum emendationem vitæ, & morum depoſiti, vel forte ſententiam ſuam iniuſtam fuiſſe, poterit ei de iure miſericorditer reſtituere gradum & ordinum executionem, quâ priuatus extiterat*. quibus autem ceremonijs ea reſtitutio fiat, late præſcribitur in eodem Pontificali pag. 623. & ſeq.

Clericus actualiter degradatus, ſtatim perdit fori priuilegium.

Per actualem vero degradationem Clericus incontinenti perdit priuilegium Clericale, & efficitur de foro ſæculari, & ita tunc demum Iudex ſæcularis poteſt illum iudicare, & punire. Abbas in dicto cap. nouimus. nu. 2. notab. 2. de verb. ſignificat. Bernardinus Diaz in pract. criminali Canonica. cap. 132. alias 143. in verbo: *degradari*. & cap. 133. alias. 144. in verbo: *Sæculari Curiæ tradi*. Angelus de Clauaſio in Summa verbo: *Degradatio*. nu. 2. §. *Vtrum Iudex ſæcularis*. Et iuxta prædictam doctrinam procedit, & intelligitur textus in dicto cap. nouimus. de verbor. ſignifi. in hæc verba: *Cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, eius eſt degradatio celebranda ſæculari poteſtate præſente, ac pronunciandum eidē cum fuerit celebrata, vt in ſuum forum recipiat degradatum: & ſic intelligitur tradi Curiæ ſæculari*. Hæc ibi. loquitur enim ibi Papa de degradatione actuali illius, qui propter crimen falſificationis literarum Apoſtolicarum, vel aliud flagitium graue non ſolum damnabile, ſed damnoſum, fuerat deponendus & tradendus Curiæ ſæculari. Quod apertius intelligitur ex Pontificali Romano. part. 3. tit. *de forma degradationis*. vbi in Rubrica prænotatur, quod ſi Clericus ſecundum primam formam ſententialiter depoſitus, incorrigibilis appareat, debet excōmunicari: & ſi poſt-

modum

Digitized by Google

modum in profundum malorum veniens contempſerit, tũc cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, Pontifex debet illum degradare, & Curiæ ſæculari relinquere iuxta formã ibi præſcriptam, quæ longa ſerie traditur in ſingulis ordinibus; nam Epiſcopus degradator, a ſingulis Clericis ordinatis degradandis, detrahit illa inſignia, & veſtes ſacras, ſeu benedictas, quas cum initiarentur Clerici in ſingulis ordinibus acceperunt, & induunt habitum ſæcularem, & demum Epiſcopus degradator contra degradatum Curiæ ſæculari tradendum, dicit hæc verba: *Pronunciamus, vt hunc exutum omni ordine, ac priuilegio Clericali, Curia ſæcularis in ſuum forum recipiat degradatum.* Tametſi vero Clericus degradatus, & vt explicatum eſt, Curiæ ſæculari traditus, vel relictus, priuilegiũ fori amiſerit, & tanquam ſæcularis ſit habendus, nihilominus tamen ſemper retinet characterem illius ordinis, quem in ordinatione ſuſcepit: quia character ille animæ impreſſus indelebilis eſt, & perpetuo remanet in anima, ſicut anima perpetua & incorruptibilis eſt, vt docet Sanctus Thomas. 3. par. quæſt. 63. artic. 5. & in terminis de ſacerdote degradato idem Sanctus Thomas eadem 3. par. quæſt. 82. artic. 8. & Silueſter in Summa verbo. *Degradatio*, quæſt. 7. nu. 9. & Angelus de Clauaſio eodem verbo nu. 3. §. vtrum degradatus. & Simon Maiolus lib. 3. de irregularitatibus, cap. 22. & cæteris copioſius Arnaldus Albertinus in repetit. cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 17. Iſtum autem ſic actualiter degradatum ſolus Papa, non Epiſcopus reſtituere poteſt. cap. 1. & 2. diſtinct. 50. Silueſter in Summa verbo. *Degradatio*. in fine. nu. 11. quæſt. 9. ſic etiam Præſes Prouinciæ non poteſt reſtituere, quem damnauit.

Clericus licet degradatus, retinet characterem.

Quoniam autem actus degradationis actualis, & traditionis Curiæ ſæculari, vltimum terribilium eſſe ſolet in foro Eccleſiaſtico contra Clericos grauiter, & damnabiliter delinquentes, vt voluerũt Ioannes de Anania, & Antonius de Butrio in cap. 1. de Clericis pugnantibus in duello, quos refert & ſequitur Bernardinus Diaz in pract. criminali Canonica, cap. 132. aliàs 143. in verbo. *Degradari*. quod fateri omnes Doctores affirmat Iulius Clarus in pract. crimin. dicta q. 36. nu. 35. verſ. *ſcias autem*. Ideo pro nullo crimine quantũcumque

Pro nullo crimine degradatur Clericus, niſi in iure Canonico ſit expreſſum.

graui imponitur Clerico pœna degradationis, niſi reperiatur in iure expreſſum, quoniam reſtringenda ſunt iura de hac materia loquentia, non amplianda. cap. qualiter. il 2. de accuſat. & cap. tuæ. de pœnis. & eſt communis & recepta opinio Doctorum allegatorum, & mox allegandorum in caſibus nunc recitandis.

Caſus in quibus Clerici degradantur.

Primus pro crimine hæreſis.

Primus autem caſus eſt propter crimen hæreſis, pro quo Clerici etiam in ſacris conſtituti ſi fuerint pertinaces, vel relapſi, prius actualiter degradati traduntur Curiæ ſæculari. cap. ad abolendam. §. damnati. & cap. 1. & cap. ſuper eo. de hæret. lib. 6. & latius explicat Albertinus in dicto cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 11. nu. 3. & 4. & praxim docet Directorium inquiſitorum par. 3. in vndecimo modo proceſſum fidei terminandi. §. *quod ſi tradendus.*

Secundus pro falſificatione litterarum Apoſtolicarum.

Secundus caſus eſt in crimine falſificationis litterarum Apoſtolicarum, propter quod Clerici hoc delictum perpetrantes, officijs, & beneficijs priuati, degradandi ſunt & tradendi Curiæ ſæculari ſecundum legitimas conſtitutiones puniendi. cap. ad falſariorum. de crimine falſi. cap. nouimus, de verb. ſignif. Bernardinus Diaz in pract. criminali Canonica. cap. 108. aliàs cap. 117. tit. *Falſarij*. Arnaldus Albertinus in repetitione cap. 1. de hæret. lib. 6. nu. 5. & 6. & 7.

Tertius pro crimine inſidiarũ contra Epiſcopum.

Tertius caſus eſt, in Clerico qui Epiſcopo ſuo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, aut conuitia intulerit, & conuinci potuerit, hunc enim Pius Papa depoſitum, ideſt, actualiter degradatum, vult tradi Curiæ ſæculari. cap. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1. vbi gloſ. in verbo. *mox depoſitus.* indicat eum textum procedere iuxta textum in cap. cum non ab homine. de iud. licet hoc magnam habet difficultatem, quam copioſe declarat Arnaldus Albertinus in cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 11. nu. 8. & ſeq. verſ. *tertio fallit.*

Quartus caſus pro incorrigibilitate.

Quartus caſus eſt, quando Clericus poſtquam eſt depoſitus pro furto, homicidio, vel periurio, ſeu alio graui crimine, fit incorrigibilis cap. cum non ab homine. de iudic. vbi Cæleſtinus III. conſtituit, *Clericum ab Eccleſiaſtico iudice depoſitum, ſi adhuc incorrigibilis fuerit, excommunicari debere, deinde contumacia creſcente, anathematis mucrone feriri: Poſtmodum vero ſi in profundum malorum veniens contempſerit, cum Eccleſia non habeat vltra*

quid

Digitized by Google

quid faciat, ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum, per ſecularem poteſtatem eſſe comprimendum. Ex quo textu præcipue notandum eſt, quod licet ex vi verbi, ille dicatur incorrigibilis, qui non vult agere pœnitentiam etiam ſi depoſitus non fuerit, vt declarat Aegidius Boſſius tit. de foro competen. nu. 132. ad effectum tamen de quo agitur, hoc eſt, ad priuandum Clericum priuilegio fori, neceſſe eſt, quod depoſitio præcedat Clerici incorrigibilitatem, vt patet ex illo textu, & in Pontificali Romano, vbi ſic illius textus praxis præſcribitur obſeruanda: immo nedum neceſſaria eſt depoſitio, ſed nec ſola depoſitio, & ſubſequens incorrigibilitas ſufficit, vt Clericus dicatur fori priuilegio priuatus, & ſubiectus foro ſæculari: quoniam poſt depoſitionem præcedentem, & poſt incorrigibilitatem ſubſecutã, debet ſequi excommunicatio, & anathema, & vtriuſque contemptus, vt conſtat etiam ex eodem textu, & notat Socinus regula 56. fallentia 10. & Conradus in pract. crimin. tit. de Inquiſitione. nu. 8. limita. 5. & Bernardinus Diaz in pract. crimin. Canonica, cap. 131. alias 141. tit. *Data incorrigibilitate.* verſ. *noluit tamen.* & demum debet etiam præcedere Iudicis Eccleſiaſtici declaratio: Nã poteſtas, quæ datur Iudici ſæculari ſuper Clerico depoſito incorrigibili, nõ exercetur, niſi declaretur qualitas incorrigibilitatis ipſam conferens, vt ex omnibus dictis Doctorum communiter receptis colligit Felinus in dicto cap. cum nõ ab homine. nu. 9. de iudic. verſ. *ſed ex omnibus dictis Doctorum.* per textũ in cap. cum ſecundum leges §. confiſcationis tamen. de hæret. lib. 6. Felinũ refert & ſequitur Bernardinus Diaz in dicta pract. crimin. cap. 131. vel 141. tit. *Data incorrigibilitate.* paulo poſt medium. verſ. *qui dicit, quod ex omnibus.* vbi licet addat ex communi opinione recentiorum poſt Ioannem Andr. & Antonium de Butrio, & Aretinũ in dicto cap. cum non ab homine. quod Clericus incorrigibilis, qui non poteſt puniri ab Eccleſia, poſſit ipſo iure comprimi à Iudice ſæculari abſque aliqua degradatione, videlicet actuali, oportet tamen quod Iudex Eccleſiaſticus declaret eum incorrigibilem, vt præcitato loco dicit Bernardinus Diaz. verſ. *Iudex Eccleſiaſticus.* & hoc eſt, quod ex communi Doctorũ ſententia dicit Felin. in dicto cap. cum non ab homine. de iudic. nu. 9. verſ. *ſed ex omnibus dictis.* quod qualiter ſit

Verus intellectus cap. cum non ab homine. de iudic.

Antequam iudex laicus iudicet Clericum incorrigibilẽ, præcedere debet declaratio iudicis Eccleſiaſtici.

praxi Eccleſiæ conforme, apparet ex Pontificali Romano, vbi præſcribitur forma deponendi Clericum propter aliquod graue flagitium non ſolum damnabile, ſed damnoſum, & procedendi contra illũ, niſi ſe emendauerit, vſque ad degradationem, & traditionem Curiæ ſæculari, vt paulo antea demonſtratum eſt.

Quintus caſus degradatione dignus propter aſſaſſinium.

Quintus caſus eſt in Clerico per aſſaſſinos Chriſtianum interficiente cap. 1. de homic. lib. 6. cuius ſumma eſt, *Vt quicumque Princeps, Prælatus, ſiue alia Eccleſiaſtica, vel ſæcularis perſona, quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, quamquam mors forſitan ex hoc non ſequatur: aut aſſaſſinos receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit, excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententias ipſo facto: & illa libere alijs per illos, ad quos collatio pertinet, conferantur; ſit etiam cum ſuis bonis mundanis tamquam Chriſtianæ religionis æmulus, à toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus, & vbi conſtiterit tale ſcelus fuiſſe commiſſum, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur.*

Super iſto textu multa dicunt Doctores ſatis obſcure, & intricate, & communiter concludunt, Clericum de aſſaſſinio imputatum, poſſe puniri per Iudicem ſæcularem abſque actuali degradatione, & traditione Curiæ ſæcularis quæ nos breuiter & dilucide perſtringentes, reduximus ad tres inſpectiones videlicet:

Ad verum intellectum dicti c. 1. de homi. lib. 6.

Item ad hoc ipſum dictum, An requiratur actualis degradatio:

Et demum quæ ſint partes iudicis Eccleſiaſtici, antequam iudex ſæcularis contra Clericum de aſſaſſinio imputatum procedat.

Aſſaſſini proprie qui dicantur.

CIrca primam inſpectionem de vero intellectu illius textus, notandum eſt fuiſſe conditum ab Innocentio IV. in generali Concilio Lugdunenſi anno 1246. vbi Concilium de aſſaſſinis tantum loquitur. Aſſaſſini autem proprio nomine dicebantur Arſacidæ ex genere quodam Perſarum tempore Innocentij Papæ Quarti, qui cum impietatis eſſent Mahomet-

hometticæ, coniurarunt in necem Chriſtianorum tanta cum pertinacia, vt ſibi perſuaderent vitam ſe conſecuturos æternam, ſi aliquem ex Chriſtianis necaſſent. Et ideo, quo facilius ſcelus hoc nefandum implerent, diſcebant Chriſtianorum idiomata, vt cum didiciſſent, poſſent proditorie incautos, & non ſibi proſpicientes tollere, nihil metuentes mori, ſi id executi deprehenderentur. Hic eſt verus intellectus illius textus, & vera cauſa condendi illum Canonem, vt dicit Petrus Gregorius tract. de Benefic. Eccleſ. cap. 26. num. 7. verſ. *aſſaſſini proprio nomine*. Cæterum communis opinio Doctorum eſt, nō ſolum prædictum hominum genus vocari aſſaſsinum, ſed omnes illos dici aſſaſsinos, qui pecunia, vel alio pretio conducti aliquem Chriſtianum occidi mandant alteri ſiue infideli, ſiue Chriſtiano. Iulius Clarus in §. aſſaſsinium. nu. 1. Franciſcus Viuius lib. 1. communium opinionum, opinione 74. incip. *Aſſaſsini*. Burſatus conſil. 20. nu. 4. lib. 1. Rolandus conſil. 14. lib. 4. Petrus à Plaza in Epitome delictorum lib. 1. cap. 19. nu. 2. verſ. *plerique tamen*. & alij per hos relati.

Verus intellectus cap. 1. de homicid. lib. 6.

PRæſuppoſita iſta communi ſentētia, altera inſpectio eſt, an Clericus aſſaſsinus poſsit puniri per Iudicē ſæcularē non præcedente actuali degradatione, quaſi quod per aſſaſsinium etiam ſi ſacris Ordinibus fuerit initiatus, amittat fori priuilegium. & affirmatiuam ſentētiam dicunt eſſe communem Franciſcus Viuius lib. 1. communium opinionum, opinione 406. incip. *Iudex laicus poteſt*. Petrus a Plaza in Epitome delictor. lib. 1. cap. 19. nu. 27. Bernardinus Diaz in pract. criminali Canonica. cap. 91. tit. *per aſſaſsinos*. Iulius Clarus in practica criminali quæſt. 36. nu. 30. verſ. *ſed quæro*. Arnaldus Albertinus in repetit. cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 11. nu. 91. verſ. *veritas tamen eſt*. & eam ſequuntur Aegidius Boſsius tit. de foro cōpeten. nu. 140. verſ. *ſeptimo non procedit*. & nu. 141. & 142. Angelus conſil. 14. incip. *in quæſtione præmiſſa*. nu. 3. Antonius Capicius deciſ. 112. incip. *in cauſa Abbatis*. Guido Pape deciſ. 121. incip. *in Camera conſilij*. Couarruuias lib. 2. variar. reſolut. cap. 20. num. 10. Remigius Gonnius tract. de immunit. Eccleſ. fallentia. 15. Tiberius Decianus conſil. 82. incip. *præſuppoſito hoc in facto*. lib. 2. & alij, quos præcitati Doctores referunt,

Clericus aſſaſsinus an poſsit puniri per iudicem ſæcularem, non præcedente actuali degradatione.

runt,& ſequuntur. Et ratio potiſsima eſt,quia Concilium in dicto cap.1.de homic.lib.6. diſponit,Aſſaſsinos ipſo facto incurrere ſententias excommunicationis, & depoſitionis a dignitate,honore,ordine,officio, & beneficio quibus verbis ſine dubio inducitur effectus degradationis actualis. Arnaldus Albertinus in cap.1.de hæret.lib.6.quæſt.11.nu.92.& multis ſeq. qui ponderat ſingula verba. Item ponderatur verbum, *diffidationis*,poſitum in dicto cap.1.in fine de homicidio.lib.6. Nam *diffidare* nihil aliud eſt, quam concedere licentiam, vt quis ab omnibus impune occidi poſsit. Angelus dicto conſil. 14.nu.3.verſ. *in hoc ergo aſſaſsinos.* Albertinus præcitato loco nu. 98. & ſeq. quo verbo cum vſus fuerit Papa, perinde eſt ac ſi Clericum aſſaſsinum actualiter degradaſſet.

Antequam iudex ſæcularis puniat Clericũ aſſaſſinum, iudex Eccleſiaſticus debet pronuntiare ſuper qualitate aſſaſſinij.

CONceſſa vero hac communi opinione, quã modo noluimus controuertere,& deueniendo ad tertiam inſpectionẽ dicimus,quod ad hoc vt Clericus aſſaſsinus iuſte à Iudice ſæculari puniri poſsit, fieri debet proceſſus coram Iudice Eccleſiaſtico,& poſtquam probabilibus conſtiterit argumẽtis, Clericum de aſſaſsinio imputatum tam execrabile ſcelus commiſiſſe,requiritur ſententia declaratoria,qua Iudex Eccleſiaſticus pronuntiabit ipſum eſſe aſſaſsinum. & hæc eſt communis opinio,vt teſtatur Ignatius de Salzedo apud Bernardinum Diaz in practica criminali Canonica. cap. 96. tit. *per aſſaſsinos.* ſuper verbo: *præcedat degradatio.* verſ. *notabis tamen vtiliter.* Petrus à Plaza in Epitome delictorum.lib.1.cap. 19. nu.27. Iulius Clarus in practica criminali quæſt.36.num. 31.verſ. *bene verum eſt.* vbi affirmat de iure rem videri claram, quod hoc ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, licet dicat de conſuetudine apud ſuos aliter ſeruari. Et ratio viua & efficax eſt,quia qualitas quæ tribuit iuriſdictionem, ante omnia diſcuti debet,& probari, vt notant communiter Doctores in l. 2.§.ſed ſi dubitetur.& in l.ſiquis aliena.ff.de iudic.& tradunt in terminis de probanda aſſaſsinij qualitate Petrus à Plaza præcitato loco,& Franciſcus Viuius lib.1.communium opinionum,opinione.406. incip. *Iudex laicus poteſt.* nu.2.verſ. *quia qualitas quæ fundat.* Hieronymus Albanus conſil.13.incip. *Excellentiſsime Domine.* nu.2.Alexander qui teſtatur de communi

conſil.

conſil.166. incip. *videretur fortaſſe*. num.5. lib.7. Carrerius in practica criminali tit. de homicidio, §. circa igitur tertium. nu.15.verſ. *quod intelligas conſtito de qualitate aſſaſinij*. Rolandus conſil.24.incip. *in cauſa præſentis proceſſus*. nu.62. lib.1. qui omnes vno conſenſu dicunt,Clericum non amittere priuilegium fori ſtatim eo ipſo, quod de aſſaſinio accuſatur: ſed tunc demum quando probabilibus argumentis iuxta diſpoſitionem cap.1.de homicid.lib.6. conuictum Iudex pronuntiauerit. Vnde cum non aliter Iudici ſæculari competat iuriſdictio procedendi contra Clericos de aſſaſſinio imputatos,quã ſi de aſſaſinio conſtiterit, neceſſarium eſt primo, quod corã Iudice competente, videlicet Eccleſiaſtico, de ea qualitate conſtet,cum vero Iudex Eccleſiaſticus pronunciauerit Clericum aſſaſſinium commiſiſſe, tunc Iudex ſæcularis in eum poterit ſuã iuriſdictionem exercere,non ſequuta aliter actuali degradatione: quamuis tutius ſit & Pontificali Romano magis conforme, Clericum aſſaſinum Curiæ ſæculari tradendum actualiter degradare: licet Ancharanus in cap. ea quæ.de regu.iur. lib. 6. nu. 22. quæſt.19.verſ. *quidam miſer ſacerdos*. conſultus ab Epiſcopo ſuper hoc caſu, arbitrio Epiſcopi reliquerit degradare, vel non, antequam traderet. Et ex his infertur cauendum eſſe à doctrina Tiberij Deciani dicto conſil. 82. lib. 2. vbi totum hoc iudicium à principio tribuit Iudici ſæculari, nulla requiſita Iudicis Eccleſiaſtici declaratione:loquitur enim & contra veritatem, & contra communem opinionem,quia nec verum,nec receptũ eſt,quod Clericus ex ſola imputatione, ſeu accuſatione de aſſaſinio amittat priuilegium Clericale, ita vt iuriſdictioni Iudicis ſæcularis ſupponatur.

Sextus caſus eſt de Clericis, vel presbyteris ſæcularibus, vel Regularibus crimen nefandũ exercentibus, quos per iudicem Eccleſiaſticum degradatos poteſtati ſæculari tradendos decreuit Pius Papa V. conſtitut. incip. *cum primum Apoſtolatus officium*. §. ſi quis crimen. edita anno 1566. & conſtitutione pleniori incip. *Horrendum illud ſcelus*. publicata anno 1568. Sextus caſus degradatione dignus ob crimen nefandũ.

Septimus caſus eſt de laico,vel Clerico,qui cum ad ſacrum presbyteratus ordinem non ſit promotus,Miſſarum celebrationem Septimus caſus de illis, qui cũ nõ ſint presbyteri Miſſas celebrant.

tionem præſumit vſurpare: hunc enim Clemens Papa VIII. conſtitutione incip. *Et ſi alias*. data anno 1601. Curiæ ſæculari tradendum, & per Iudices ſæculares debitis pœnis plectendum decreuit.

Octauus caſus cótra illos, qui cum non ſint presbyteri ſacramentũ pœnitentiæ miniſtrare præſumunt.

Octauus caſus eſt contra illos, qui cum ad presbyteratus ordinem non ſint promoti, ſacramentum pœnitentiæ miniſtrare præſumunt, ſicut in prædicta Conſtitutione idem Clemens VIII. decreuit: nam iſti etiam licet ſubdiaconi, vel diaconi ſint Curiæ ſæculari tradi iubentur.

Nec dicatur ex his caſibus concludi priuilegium fori Clericorum non eſſe de iure diuino, quia ſi de iure diuino eſſet, non poſſet per Conſtitutiones Canonicas tolli: Quoniam reſpondetur, eadem auctoritate diuina, qua fuit conceſſum vniuerſo ordini Clericali fori priuilegium, fuiſſe quoque conceſſum Chriſti Vicario, vt in quibuſdam caſibus particularibus propter delicta paucorum Clericorum, illi priuilegio fori priuarentur, cum Clericus hic, vel ille ex Iuris diſpoſitione poſſit delinquendo perdere dictum priuilegium, vt in terminis dixit Arnaldus Albertinus in repetit. cap. 1. de hæret. lib. 6. quæſt. 11. nu. 117. verſ. *non obſtat vltimo*.

Cum Clerici fuerint degradati, & curiæ ſæculari tradi ti, iudices ſæculares tuto poterunt eos iudicare.

Cum vero iuxta prædictas doctrinas, quas contemnere non licet, Clerici degradati à legitimis iudicibus Eccleſiaſticis, Curiæ ſæculari fuerint traditi ſeu relicti, tunc iudices ſæculares tuta conſcientia, & abſque alicuius Canonicæ cenſuræ incurſu (prout ipſis videbitur) legitimam pœnam imponere poterunt, licet Eccleſia aliter intercedat. Abbas in dicto cap. cum non ab homine. nu. 9. notab. vltim. de iudic. quem referunt, & ſequuntur Follerius in pract. criminal. in Rubr. *Audiantur excuſatores*. num. 41. verſ. *& tunc ipſo declarato*. & Bernardinus Diaz in pract. criminali Canonica. cap. 131. alias. 142. nu. 5. verſ. *Clericus autem*.

Apoſtolica priuilegia, quibus Senatus vtitur, an ei ſuffragentur.

SVpradictis ſuo ordine propoſitis & probatis, videndum eſt ſexto loco: An Apoſtolica priuilegia, quibus Senatus prætendit ſe habere iuriſdictionem ſuper Clericos etiam in ſacris ordinibus conſtitutos, ſibi in aliquo ſuffragentur. Iſta vero tractatio, tribus inſpectionibus concludetur:

Prima

Prima verſabitur circa caſum, vnde orta fuit præſens controuerſia.

Secunda erit circa alios caſus, qui iuxta tenorem priuilegiorum contingere poſſunt; & iſta inſpectiones propter connexitatem ſimul abſoluentur.

Tertia & vltima verſabitur circa controuerſiam ortam, & inde ſubſequuta, An ſcilicet propterea amiſſa fuerint iſta priuilegia.

PRimo ergo loco Conſulentes nituntur priuilegio Sixti IV. dato apud ſanctum Petrum die 2. Iunij. 1474. directo Patriarchæ Venetiarum, cui mandatur, *Vt quando contingeret capi aliquem charactere Clericali inſignitum, pro criminibus falſificationis monetarum, & læſæ maieſtatis, Vicarium ſuum ad huiuſmodi examen mittere deberet, & nihilominus eiſdem Clericis licentiã concederet reuelandi complices facinorũ ſine alicuius irregularitatis incurſu, dummodo Clerici ſub ſua ſint poteſtate.* Hoc Breue præterquamquod nõ eſt in forma probante, & ſic non meretur fidem cap. 1. de fide inſtrument. dato tamen quod eſſet authenticum ex alijs non ſuffragatur Senatui: Primo, quia vt patet in procemio vnde ſumitur intentio concedentis, & cauſa finalis, & priuilegia regulantur. Baldus conſil. 355. num. 1. lib. 1. Romanus conſil. 180. nu. 6. Papa loquitur ſolum de Clericis duo crimina prædicta in ciuitate Venetiarum committentibus: & ſic non debet extendi ad Clericos alterius loci, & extra ciuitatem Venetiarum prædicta crimina perpetrantes. Secundo, quoniam cum priuilegium ſit contra ius Commune, debet fieri ſtrictiſſima interpretatio. Ancharanus conſil. 153. nu. 2. Tertio, quia eſt reſtrictum ad certum locum, & ſic non dat iuriſdictionem reſpectu alterius loci. cap. cum capella. §. quo circa. de priuileg. Et in ſpecie, quod priuilegium conceſſum ciuitati, vel ciuibus contra ius commune, non extendatur ad Comitatenſes, quidquid ſit in materia fauorabili, tradit Alexander in Rubr. ff. ſolut. matrim. num. 13. Quarto, quia priuilegium eſt reſtrictum ad duo crimina, *falſificationis monetæ, & læſæ maieſtatis:* & ſic non debet fieri extenſio ad alia deli-

Primum priuilegiũ Sixti IV. non ſuffragatur Senatui.

delicta, maxime propter verbum, *huiuſmodi*. poſitum in priuilegio, quod reſtringit diſpoſitionem ad caſum, & qualitatem ſupra explicatam. cap. ſi Abbatem. §. huiuſmodi. vbi gloſ. de electiõ. lib. 6. Pariſius conſil. 52. num. 32. lib. 3. Quod apertius declaratur ex ſecundo Breui Sixti IV. vbi Papa dicit, *ſuæ intentionis fuiſſe debere Patriarcham mittere ſuum Vicarium ad examinandos omnes Clericos deprehenſos ob crimina in antedictis litteris expreſſa*. Et ex his infertur hoc priuilegium non ſuffragari Senatui quantum ad caſum præſentem. Sed neque quoad alios caſus, qui contingere poſſunt aliquo pacto poteſt ſuffragari, quia circa punitionem Clericorum nulla iuriſdictio tribuitur Senatui, ſed ſolum præcipitur Vicario Patriarchæ, cui Breue dirigitur, vt examinet Clericos delinquentes in prædictis duobus criminibus: Et inſuper quod Clericis captis, auctoritate Apoſtolica licentiam concedat, vt abſque incurſu irregularitatis poſſint nominare complices Reipub. ſubditos. vel ſecundum alium intellectum, quod Vicarius poſt examen poſſit nominare complices abſque incurſu irregularitatis: & in hoc videtur conſiſtere priuilegium: Vnde cum circa punitionem nihil diſponat, non debet plus operari. l. ſi quis domum. §. quid tamen. ff. locati. Decius conſil. 283. nu. 1. verſ. *quia verba intelliguntur*. Crauetta conſil. 9. nu. 21. Verba enim debent reſtringi ad illam cauſam, ob quam prolata ſunt. Baldus in l. 3. §. ex hoc edicto. in fine. ff. Nautæ, caupon. ſtabul. Crauetta conſil. 171. nu. 13. Cephalus conſil. 347. nu. 7. & 8. lib. 3. vnde cum Breue nihil diſponat circa punitionem, remanet in diſpoſitione iuris Communis. l. commodiſſime. ff. de liber. & poſth. Et conſequenter ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, cui de iure diuino competit iuriſdictio ſuper Clericos, vt ſupra late probatum fuit.

Vigore huius Breuis, nulla iuriſdictio tribuitur Senatui.

Secundum priuilegium eſt eiuſdem Sixti IV. datum die 30. Iunij. eiuſdem anni 1474. directum eidem Patriarchæ Venetiarum, in quo primæ litteræ extenduntur ad omnes Clericos dominij Venetiarum. quod nihil innouat ſuper primo priuilegio, & ſic non eſt vlterius extendendum, cum priuilegia tantum importent, quantum in illis legitur. cap. porro. de priuileg. & ſic hoc priuilegium non extenditur ad alias

Secundum priuilegium Sixti IV. cum nihil amplius quam primũ tribuat Senatui, nullã ei confert iuriſdictionem.

per-

Digitized by Google

perſonas,nec ad alia crimina,prætérquam ad ſpecificata, & expreſſa in primo Breui,ad quod fit relatio, quia natura priuilegiorum eſt,vt debeant reſtringi,& præſertim illa,quæ lædunt ius Ordinariorum,ſtricte intelligenda ſunt,& quantum fieri poteſt ad iuris conſonantiam reducenda.Innocentius in cap.dudum.nu.2. de priuileg. Cumanus conſil. 101.num.2. Ancharanus. conſil. 153.nu. 2. ſunt enim omnia priuilegia ſtricti iuris,quia vulnerant ius commune. Baldus conſil.355. nu.1. Et ideo ſic debent intelligi, vt illud minus offendant, quam ſit poſsibile. Ancharanus conſil. 153. nu. 2. & conſil. 215.nu 9. & Alexander conſil.3.nu.7.lib.2.

Quinimo verbis diligenter inſpectis, hæc duo priuilegia nihil innouant ſuper primo priuilegio particulari Clericorũ, de quo ſupra dictum eſt,neque aliquam tribuunt Senatui iuriſdictionem,ſed ſolum concedunt, vt in delictis contentis in prædictis priuilegijs,præſuppoſita illa opinione,quod Clerici in fraganti crimine capi poſsint, de qua Aufrerius in Clement.1. quæſt. 2. de offic. Ordinar. tamen quia retineri non poſſunt,neque examinari, vt valeat teſtimonium coram Iudice laico.cap.teſtimonium.11.quæſt.1. cap. at ſi Clerici. vbi Abbas,& communiter Canoniſtæ de iudic. nec poſſunt Clerici complices facinorum reuelare abſque irregularitatis incurſu. Turrecremata in dicto cap. teſtimonium. data fuit licentia per Sixtum IV.vt hæc fieri poſſent coram Iudice laico vna cum Iudice Eccleſiaſtico: facultas autem iudicandi, & condemnandi non fuit conceſſa. Aufrerius in dicta Clement.1.quæſt.7.nu.11. alias 82. de offic. Ordinar. quia de ea non loquitur priuilegium,quod datum in vno caſu,ſiue pro vno actu, non extenditur ad alium: quod maxime procedit in priuilegio exemptionis fori Clericorum: quod cum ſecundum communem opinionem ſit de Iure Diuino, vt ſupra dictum fuit,ſublatum,ſiue temperatum in vno caſu,non cenſetur ſublatum in alio. argumento textus in cap. lector.34.diſtinct. & eorum quæ tradit Archidiaconus in cap. ſunt quidam.25.quæſt.1.nu.5.Vbi etiam ſi eſſet de iure poſitiuo,non eſt extendendum,ſed tamquam exorbitans ſtricte eſt intelligendum ex allegatis,& tradit Gigas de penſionib. quæſt.94. nu.10. Quod non videtur omnino nouum eſſe in iure,ſecundum

Duo priuilegia Sixti IV.ſolum concedunt, vt Clerici poſſint examinari corã iudice laico,interuenien te tamen Eccleſiaſtico.

dum opinionem Hugucionis, quam referunt, & ſequuntur Archidiaconus,& Turrecremata in cap. fin. 14. quæſt. 2. vbi cautum eſt, *ne veritas occultetur, & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij Epiſcopi ſit, vt aut coram ſe, & competentibus Iudicibus, aut aliter honorifice veritatem teſtificentur.* Hoc ergo ſolo excepto, quod examen poſſet fieri coram Iudice ſæculari, in ceteris caſus remanſit in diſpoſitione iuris communis.

Ideo autem addidit Papa Vicarij in ſpiritualibus intereſſentiam ſaltem in proceſſu, & in examine, vt quod dicitur, & eſt indecorum quod contra Clericos à laicis procedatur, per præſentiam Iudicis Eccleſiaſtici, & eius interuentum mitigetur: quoniam de iure non eſt permiſſum, vt cauſa ſpiritualis, ſeu Eccleſiaſtica ſimul laico, & Clerico committi poſſit. Felinus in cap. decernimus. nu. 8. de Iudic. vbi Barbatia nu. 44. & Ripa nu. 37. Imo Cardinalis Zabarella in cap. perpendimus. de ſentent. excommun. nu. 6. verſ. *Secundam partem concluſionis.* dixit priuilegium immunitatis, vt Clerici non conueniantur niſi tantum coram Iudice Eccleſiaſtico, & non coram laico, non poſſe reuocari.

Tertio loco Conſulentes nituntur priuilegio Innocentij Papæ VIII. dato Romæ apud Sanctum Petrum die vltima Octob. An. M.CCCC.LXXXVII. directo Vicario Generali Patriarchæ Venetiarum. In quo præmiſſa quadam narratiua Oratoris Veneti, *Quod nullum fere latrocinium, aut grauius delictum in ciuitate Venetiarum perpetraretur, cuius non eſſet auctor aliquis Clericus, & quod ſi caperetur, examinari non poterat, quia Vicarius examini intereſſe recuſabat, nec præſens eſſe volebat, præterquam in exceſsibus criminum læſæ maieſtatis, & nefandi, & falſificationis monetarum, & quod illa recuſatio Vicarij erat cauſa, quod ijdem Clerici facinoroſi ad committenda delicta audaciores redderentur, & quod propterea Orator ſupplicabat, vt de oportuno remedio prouideretur: ideo Papa conceſsionem à Sede Apoſtolica prædicto Vicario factam, vt intereſſet examini in tribus criminibus ſupra nominatis, extendit, & decreuit, vt intereſſet, & præſens eſſe poſſet, & deberet in examine Clericorum in caſibus furti, & latrocinij, & in alijs atrocibus, & grauibus facinoribus.*

Priuilegium Innocētij VIII quid contineat

Multis modis nō ſuffragatur Senatui.

Hoc priuilegium multis modis non ſuffragatur ſenatui: Primo, quia eſt reſtrictum ad Clericos delinquentes in Ciuitate

tate Veneſiarum, vt patet ex proemio ibi, *In ciuitate iſta*. Secundo quia ſolum loquitur de Clericis, quorum appellatione licet in fauorabilibus comprehendātur omnes Clerici cuiuſcunq; gradus, vt notant communiter Canoniſtæ in Rubr. de vita, & honeſtate Clericor. & tunc appellatione Clericorum veniant Canonici. cap. per exemptionem. de priuileg. lib.6.& cap. bonæ.il. 1.de poſtulat.Prælat. ſecus tamen eſt in materia odioſa.Abbas in Rubr. de vita & honeſtat. Clericor. nu. 9.& 10. & in dicto cap. bonæ.nu.2. & conſil.9.nu.2.lib.2. idem Abbas in cap. cum tibi. nu. 4. verſ. *Nota ſingulariter*. de verbor. ſignificat. vbi Hoſtienſis num.2. verſ. *Quod appellatio Clericorum*. Et Antonius de Butrio nu. 6. in fine. Ioannes de Selua tract. de benef. par. 1. quæſt. 3. num. 6. & 7. Felinus in cap. non dubium.nu. 1.de ſenten. excommunicat. Neque appellatione Clericorum in odioſis intelliguntur Monachi. cap. 1. vbi Abbas. nu. 7. Ne Clerici vel Monachi. Felinus in cap. final. nu. 2. de Simonia. Vnde ſi appellatione Clericorum non veniunt Monachi, multo minus intelligētur Abbates qui ſunt digniores, & in dignitate conſtituti, vt notat Archidiaconus in cap. licet. in princip. de præbend. lib. 6. & Zabarella in Clement. 1.de reſcript. num. 3.& Abbas in cap. decernimus.nu.2.de Iudic.Tertio quia Breue eſt ſubreptitiū, ex quo Orator Venetus narrauit Papæ, Vicario Patriarchæ fuiſſe à Sede Apoſtolica conceſſum, vt intereſſet examini etiam in crimine peccati nefandi, cum tamen ex prædictis Sixti. IIII. indultis conſtet, id fuiſſe conceſſum in duobus tantum criminibus: nempe *læſæ maieſtatis, & falſificationis monetarum:* nam cum verſemur in gratioſis, priuilegium in toto vitiatur,& redditur nullum, quia in gratioſis ſubreptio etiam minima ipſo iure vitiat reſcriptum. Imola in cap. ſuper literis.nu. 5. de reſcript. Tanis deciſ.65. incip. *Quidam obtinuerat*. Fabius deciſ. 17. incip. *In vna Iſpalen*. Denique quia per hoc priuilegium nulla laicis Iudicibus tribuitur facultas, vel Iuriſdictio iudicandi, vel condemnandi Clericos, vt paulo antea dictum fuit ſuper priuilegijs Sixti. IIII. ſed ſolum apparet ſimpliciter tributa facultas examinandi cum interuentu Vicarij: quæ non poteſt extendi ad punitionem criminum. Nec prætenſionem Senatus probant illa verba, *Ad*

Clericorum appellatione in fauorabilibus & in odioſis, qui contineantur.

hoc vt iuſtitia locum habeat. Quia ſunt intelligenda ſecundum ius commune, videlicet vt iuſtitia locum habeat ab eo adminiſtrata, cui de iure competit. cap. cum dilectus. §. cœterum. vbi gloſſ. in verbo. *Iure communi*. De conſuetud. Verba enim ad iuris communis intelligentiam reducenda ſunt. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Bartolus in. l. vxorem. §. teſtamento. ff. de legat. 3. Ruinus conſil. 1. nu. 8. lib. 4. Crauetta conſil. 10. nu. 2. Ius autem diuinum, & humanũ præcipit Clericos a Iudicibus Eccleſiaſticis tantum iudicari debere, vt ſupra latiſſime fuit oſtenſum. Neque ad rem pertinet dicere, quod vigore extenſionis ad delicta *furti*, *latrocinij* & alia grauia, & atrocia, tributa ſit Senatui competens iuriſdictio ad illa contra Clericos punienda, ne conceſſio reddatur inanis. Quoniam reſpondetur Papam nihil aliud feciſſe quam extendere Breuia Sixti. IIII. ad prædicta delicta: Vnde ſicut in prædictis Breuibus non concedebatur cauſæ cognitio, ſic neque per hoc Breue relatiuum ad priora à quibus debet interpretationem, & declarationem accipere. Ruinus conſil. 187. nu. 1. lib. 1. Pariſius conſil. 23. nu. 24. lib. 1. extenſio enim cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus. l. ſed & ſi manente. ff. de precar. l. labeo. la. 2. §. hæc autem. ff. de recept. arbitr. Bartolus. l. 1. §. & poſt operis. nu. 5. verſ. *Sed ſi in bannum*. ff. de noui oper. nunciat. Cephalus conſil. 369. nu. 105. & 106. & ſeq.

Quomodo ſint intelligenda illa priuilegij verba: *vt iuſtitia locũ habeat*.

Ex prædictis infertur neque in caſu præſenti, qui cauſam liti dedit, neque in alijs poſſe Iudices criminales Venetos fundare ſuam iuriſdictionem procedendi contra Clericos in hoc Breui, cuius vigore nulla ipſis tribuitur iuriſdictio, niſi forte reſpectu laicorum, qui ſi prædicta verba, *vt iuſtitia locum habeat*, velint intelligere de iuſtitia laicis facienda, procedere poterunt, quoad laicos in teſtimonijs Clericorum comprehenſos, quia habent licentiam id faciendi vigore Breuium.

Priuilegiũ Alexandri VI. Senatui non prodeſſe.

Quamuis conſulentes non meminerint cuiuſdam priuilegij Alexandri Papæ VI. dati Romæ apud ſanctum Petrum die 29. Iulij. anno M D II. incip. *Nuper ex parte*. ſimiliter directi Vicario Patriarchæ Venetiarum in ſpiritualibus, nihilominus illud expendere viſum eſt, & demonſtrare quod non poteſt prætenſioni Senatus ſuffragari. Nam in narratiua quæ pro-

Digitized by Google

proponitur Papæ dicitur, *quod iam dudum nulla fere latrocinia, & grauiora delicta in ciuitate illa perpetrabantur, in quibus aliquis Clericus ſæcularis, vel Regularis non interueniret, & quod propterea fel. recor. Sixtus IV. & Innocentius VIII. per ſuas litteras in forma Breuis eidem Vicario conceſſerant, vt examini delinquentium intereſſe poſſet, & ideo Papa concedit facultatem, vt etiam in examinibus Clericorum Regularium cuiuſcumque Ordinis etiam Mendicantium valeret intereſſe.* & tamen falſum eſt, quod in litteris Sixti IV. & Innocentij VIII. fuerit facta aliqua mētio de Regularibus, & per conſequens Breue proculdubio eſt ſubreptitium. Et quatenus aliquo fulcimine ſuſtineri poſſet, nullam tribuit iuriſdictionem iudicandi, & condemnandi Clericos Regulares, & ſæculares, vt paulo antea fuit dictum ſuper Indultis Sixti IV. & Innocentij VIII. ſed ſimplicem tantum tribuit facultatem examinandi eos Clericos coram Iudice laico, cum interuentu, & præſentia Vicarij. Et conſequenter neque in hoc caſu, neque in alijs ſuffragabitur Iudicibus Venetis, vt vel contra Clericos procedere, vel eos iudicare poſsint.

Quintum priuilegium eſt Clementis Papæ VII. datum Romæ. iij. Idus Februar. an. M D XXIX. conceſſum ad ſupplicationem Andreæ Griti Ducis Venetiarum, vt Iudices ſæculares poſſent procedere contra Clericos Reipub. Venetæ ditioni ſubiectos, Papa vero conceſsit, *vt Clerici tam coniugati, quam alij dicti dominij ad minores Ordines promoti, non beneficiati, nec in ſacris Ordinibus conſtituti cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, priuilegio Clericali in criminalibus dumtaxat, gaudere nequirent, ſed quod tales, & alij, qui ætatis legitimæ ad Ordines ſacros ſuſcipiendos, ſi ordinem ſacrum non ſuſceperint, delinquentes per Iudices ſæculares capi, inquiri, & puniri deberent.* Addit vero Clemens, *quod ſua litteræ ſingulis annis in aliqua ſolemni feſtiuitate, ſaltem ſemel dumtaxat, per locorum ordinarios, ſeu ſi ordinarij ipſi abſentes fuerint, per alios in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos in Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Collegiatis, ſeu principalibus locorum dominij Eccleſiis, publice etiam materno, & vulgari ſermone, ad hoc vt ab omnibus etiam idiotis intelligi poſſint, legi, & publicari debeant.*

Priuilegiũ Clementis VII. cũ certa qualitate conceſſum, ea non ſeruata, nullã tribuere iuriſdictionem

Ex huius Indulti ſerie apparet, duo genera Clericorum à

V 2 pri-

priuilegio fori Clericali excludi: Vnum Clericorum non beneficiatorum: alterum vero eorum, qui cum ad tempus legitimæ ætatis peruenerint, ſacrum ordinem non ſuſceperint, quaſi præſumatur iſtos potius pro beneficio priuilegij Clericalis, quam vt manerent in Clericali militia, ad primam tonſuram, vel quatuor minores ordines promoueri voluiſſe.

Huius priuilegij meminit Hieroymus Gigas tract. de penſionibus. quæſt. 94. num.8. & Franciſcus Coelius Luſitanus tract. de Immunit. Eccleſiaſt. ſuper.l.8.§. Venetijs Bulla eſt. vbi etiam docet hoc, & ſimilia priuilegia à ſuis limitibus, & terminis egredi non debere. Et maxime in hoc caſu, quia in eodem Indulto adeſt clauſula præſeruatiua ſic concepta: *Per hoc autem eidem priuilegio, quo ad alios per ipſam Clericalem militiam honeſte, & efficaciter proſequendo, non intendimus in aliquo derogare.* Quibus verbis diſpoſitio iuris communis illæſa reſeruatur etiam ex acceptatione Venetorum priuilegium petentium, qui ſe ei formæ, & qualitati priuilegij adſtrinxiſſe cenſentur. Baldus in l.ſi duo.ff.de acquirend. hæredit. Alexander conſil. 103.nu.7.& ſeq.lib.2.

Sed veriſsimum præterea eſt, idem priuilegium in caſu de quo agitur ideo non ſuffragari, quia eſt reſtrictum ad ſimplices Clericos prima tonſura, & minoribus ordinibus initiatos, non beneficiatos, quales non ſunt Canonicus Vicentinus, & Abbas de Nerueſa. Et qui prætendunt eos ſub diſpoſitione huius priuilegij contineri, illam qualitatem concludenter probare tenentur. Tiraquellus de retract. Lignagier.§.8. gloſ.7.in principio.

Priuilegiũ requirens publicationem, ea non facta, non eſt efficax.

Dicimus etiam hoc priuilegium non poſſe in aliquo caſu Senatui ſuffragari: Quia non fuit ſeruata forma ipſius quantum ad publicationem: nam quando priuilegium requirit certam formam publicationis, ea non ſeruata, priuilegium non eſt efficax.cap.cum dilecta.de reſcript. cap.cum infirmitas.de pœniten.& remiſs. Socinus Iunior conſil.46.num.33. lib.4. Petrus Rebuffus ſuper concordatis tit.de collationibus. §. præfatiq. ordinarij. ſuper verbo: *poſt præſentium acceptationẽ, & earum publicationem*. Et maxime quia publicatio in hoc priuilegio eſt requiſita ad effectum, vt tales Clerici intelligerẽt,

ſe

ſe eſſe priuatos priuilegio fori Clericali. Ad quem effectum perdendi priuilegium fori de iure ter prius monendi ſunt ab Ordinario, vt habitum aſſumăt cap. in audientia. & cap. contingit. il. 2. de ſenten. excommunicat. Clemen. 1. de vita & honeſtat. Cleric. Cui trinæ monitioni cum derogetur in Breui, dummodo publicatio fiat iuxta ordinem in Breui præſcriptum, ea non ſeruata, præſeruatum cenſetur Clericis omne ius ipſis competens in caſu contrario, videlicet quando non fuerit facta iſta publicatio, de qua conuenti poterunt legitime opponere. Brunus tract. de forma. tit. quando cenſetur aliquid traditum pro forma. col. 23. verſ. *& ſecundum Ioannem Andr.* & verſ. *ſequen.* fol. 37. Quinimo Clerici conuenti tenentur opponere *de non facta monitione propter omiſſam publicationem:* Et ratio eſt, quia non poſſunt conſentire in iuriſdictionem laicorum. cap. ſi diligenti. de foro competen. vt ſupra fuit late deductum, & probatum.

Vltimo loco Conſulentes nituntur priuilegio Pauli Papæ III. dato Romæ apud ſanctum Petrum die 28. Octob. anno. M D X L I I. directo Petro Lando Duci Venetiarum: In cuius prima parte continetur petitio, quam nomine Ducis Venetiarum propoſuit Papæ Gabriel Venerius Orator Reipub. Venetæ: cuius ſumma eſt, *quod ab immemorabili tempore Iudices ſæculares Ciuitatis Venetiarum, procedere conſueuerant contra Clericos ſæculares, & Regulares etiam in ſacris Ordinibus conſtitutos atrocia delicta in eadem Ciuitate, & Diœceſi perpetrantes, & in ea poſſeſſione procedendi, condemnandi, & puniendi fuiſſe: & Sixtum IV. & Innocentium VIII. Alexandrum VI. & alios Romanos Pontifices iuſſiſſe, vt Vicarius Generalis Patriarchæ Venetiarum prædictis Iudicibus proceſſus conficientibus aſſiſterent: Sed Vicarium Generalem, & alios Iudices Eccleſiaſticos interuenire, & aſſiſtere recuſaſſe. Quoniam de prædictis priuilegijs Apoſtolicis forſan conſumptis, vel deperditis aliter non conſtabat, quam per immemorabilem obſeruantiam, & conſuetudinem: & ideo ſupplicauit, vt ſicut hactenus prædicti Iudices ſæculares procedere conſueuerant cum prædicta Vicarij aſſiſtentia, procedere poſſent ad legitimam punitionem.* Priuilegiũ Pauli Papæ III. & eius tenor.

Papa audita petitione conceſſit, *quod Iudices ſæculares contra prædictos Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas atrocium criminum reos procederent, condemnarent, punirent, & caſtigarent: dummodo per Vicarium,*

carium, & alios Eccleſiaſticos Iudices in procedendo praeuenti non fuerint: Iuſsitq. vt Vicarius, & alij Eccleſiaſtici Iudices ſub pœna excommunicationis, prædictis proceſsibus per Iudices ſæculares faciendis aſsiſterent, & intereſſe deberent. Denique Papa ordinauit, quod quando pœna ſanguinis imponenda foret, præcederet degradatio iuxta formam Iuris.

Priuilegium Pauli Papæ III fundatũm narratiua immemorabilis, non ſubſiſtit.

Hoc priuilegium licet primo aſpectu validum videatur, reuera tamen ex multis diligenter conſideratis non ſubſiſtit: Et primo, quia Orator Venetus potiſſimum ſe fundauit in immemorabili conſuetudine procedendi contra Clericos in criminibus atrocibus cum interuentu Vicarij Patriarchæ Venetiarum, & gratia à Papa facta in hac narratiua fundatur, quæ cum non ſit motu proprio, verificanda eſt. cap. olim. vbi Felinus, & alij de reſcript. Bellamera in cap. inter cæteras. nu. 4. & 5. eodem titulo. Antonius de Butrio in cap. exhibita. nu. 31. circa finem. de iudic. Verallus deciſ. 40. lib. 1. in manuſcript. Paleottus deciſ. 145. Et ratio eſt, quia gratia ante iuſtificationem, non eſt gratia. Ioannes Andr. & alij in cap. 1. nu. 5. de litis conteſtat. lib. 6. Rota deciſ. 20. de præben. in nouis. In hoc autem caſu nedum non eſt iuſtificata, ſed amplius conſtat de ſubreptione, & obreptione, quia nulla adeſt immemorabilis, vt paulo poſt dicetur, & conſequenter corruit Indultum. cap. tua. de offic. Vicar. Nam ſine hac narratiua immemorabilis, Papa non conceſſiſſet tale Indultum, vnde gratia vitiatur. Bellamera deciſ. 4. Caſſadorus deciſ. 6. & 10. & 12. de præben. Creſcentius deciſ. 7. nu. 4. de reſcript. præſertim quia ex pluribus locis huius indulti apparet Papam in immemorabili ſibi narrata ſe fundaſſe ibi: *licet ab immemorabili tempore citra:* & rurſus ibi: *aliter quam per immemorabilem obſeruantiam, & conſuetudinem:* & iterum ibi: *prout hactenus vt præfertur conſueuerunt.* Et in diſpoſitiua ibi: *hac tanto temporis ſpatio fuit laudabiliter obſeruata:* & denique ibi: *contra immemorabilem conſuetudinem.*

Nec ad rem pertinet dicere quod verba illa: *Quod circa hac tanto temporis ſpatio fuit laudabiliter obſeruatum.* Et rurſus illa. *Prout hactenus à dicto tempore citra conſueuerunt procedere:* ſint verba, vel atteſtatio Papæ, quaſi ſtent cauſatiue, non autẽ conditionaliter. cap. Abbate. vbi Canoniſtæ. de verb. ſignifi. Et

quaſi

quaſi relatiuum, *Quod* iunctum verbo præteriti temporis poſitum fuerit in priuilegio demonſtratiue. Iaſon in. l. ſtichum, qui meus erit. nu. 11. ff. de legat. 1. Quoniam reſpondetur, quod licet dictiones, *ſicut, prout*, & ſimiles poſitæ præſertim in priuilegijs regulariter denotent cauſam, non conditionem. Aretinus conſil. 76. nu. 5. verſ. *Circa tertium*. & ſic intelligi debeant, vt aliquid operentur. dicto cap. Abbate. de verbor. ſignificat. Nihilominus tamen id non procedit ſine difficultate, & ne labi contingat, diligenti inſpectione opus eſt, & in hoc caſu non cauſam, ſed conditionem ſignificare dicimus.

Illa priuilegij verba, prout hactenus cōſueuerunt: non fuerunt concepta cauſatiue, ſed cōditionaliter.

Primo, quia dictio, *prout*, eſt relatiua, Bartolus in. l. edita. C. de edendo. & in Extrauagante. ad reprimendū. in verbo. *prout*. Pariſius conſil. 47. nu. 46. lib. 3. & ideo diſpoſitio referens limitatur & declaratur ſecundum quod reperitur in diſpoſitione, ad quam fit relatio, ex qua pendet eius natura, & veritas: & ſic nedum eſt relatiua, ſed etiam limitatiua. Bartolus in dicta l. edita. C. de edendo. & late in Extrauagante. ad reprimendum in verbo. *Prout*. Decius conſil. 63. Maranta diſputat. 2. nu. 35. Vnde intentio Papæ fundantis ſe in immemorabili, in re præſertim tam ardua & difficili, ab ea cōditione pendebat, ſi veritati niteretur Oratoris Veneti poſtulatio, immemorabilem proponentis, vt propterea neceſſarium ſit dicere, prædicta verba non cauſaliter, *Quia ita eſſet*, Sed cōditionaliter, *ſi ita foret*. Intelligi debere. Thomas Grammaticus deciſ. 59. nu. 12.

Secundo, Papa in hoc Breui nō conceſſit Venetis priuilegiū procedendi contra Clericos ex certa ſcientia, *quia ſibi conſtiterat de immemorabili*, ſed non inſtructus de iure confirmato, largitus fuit indultum, *prout hactenus conſueuerunt:* & ideo clauſula appoſita cum prædicta dictione, *prout hactenus*, non ſtat cauſatiue, ſed conditionaliter. ſic in terminis Abbas in cap. examinata. de confirmation. vtil. vel inutil. num. 5. verſ. *ſed quando ſimpliciter confirmat*. & nu. 6. verſ. *ſi vero ſit confirmatio.*

Tertio, idem ſuadet ſtructura verborum Breuis, vbi Paulus III. poſt narratiuam immemorabilis, & aliorum poſtulatorum ab Oratore Veneto propoſitam, dixit ita: *huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus & Apoſtolica auctoritate concedimus*

dimus & ordinamus, quod iudices ſæculares ſi per Vicarium, & alios iudices Eccleſiaſticos præuenti non fuerint, contra Clericos & Eccleſiaſticas perſonas atrocium criminum reos huiuſmodi, prout hactenus à dicto tempore citra conſueuerunt procedere, illoſque prout criminum & delictorum qualitas exegerit, condemnare, punire, & caſtigare poſſint. Hæc ibi.

Ex quibus apparet dictiones, *prout hactenus*, non referri ad verbum perſonale, *concedimus*, ſed ad verbum imperſonale, *procedere*, vt neceſſario fateri oporteat conditionaliter eſſe accipienda, iuxta textum in terminis in dicto cap. Abbate. §. contra quod. de verbor. ſignificat. verſ. *ſi enim imperſonale*. & verſ. *ſi mos præteriti temporis talis fuerit*. Et ratio eſt, quam ibidem tradunt Hoſtienſis. nu. 13. Ioannes Andr. num. 6. & Zabarella in dicto §. contra quod. nu. 2. quia cum dictio, *prout*, adiungitur verbo imperſonali infinitiuo, quod non habet certum numerum, nec perſonam, infinitiue intelligitur, & cum ſit incertum, neceſſe eſt vt conditionaliter intelligatur.

Nec refert quod retento iſto intellectu, priuilegium contra naturam ſuam nihil operaretur: Quia reſpondetur id mirum videri non debere, nam cum ageretur de priuilegio contra iuris regulas petito, quod non aliter conceſſurus fuiſſet Papa, niſi de immemorabili poſſeſſione conſtaret, ea nõ ſubſiſtente, priuilegium ex petentium culpa imponere nitentium, euaneſcit: imo vero licet probata eſſet immemorabilis, priuilegium nihil operaretur.

Præſcriptio immemorabilis nõ prodeſt contra ea, quę competunt de iure diuino.

Alia eſt etiam obreptio, quia impedimentum quominus laici has cauſas criminales cognoſcere poſſent contra Clericos, proueniebat à iure communi, & à priuilegio fori Clericis diuinitus conceſſo, contra quod nihil prodeſt immemorabilis, (vt paulo poſt demonſtrabitur) & tamen narratum fuit, quod iudices Eccleſiaſtici recuſabant interuenire, quia priuilegia erant deperdita, & de eis non conſtabat aliter, quam per immemorabilem obſeruantiam. Et tamen vtrumque falſum eſt, cum aliqua ſaltem priuilegia extarent, & de nulla immemorabili cõſtaret. Quæ etiam ex eo redditur valde inueriſimilis, quia ſi eam habuiſſent Veneti veriſimiliter alijs Romanis Pontificibus narrauiſſent, quod tamen non fecerunt, quinimo obtinuerunt indulta ad certa delicta, & certos caſus limitata, & vigore prædictorum Indultorum, & non

alicu-

alicuius immemorabilis proceſſerunt, vt paulo poſt copioſe oſtendetur.

Vlterius licet Papa iuxta prædictam narratiuam conceſſerit quod Iudices ſæculares contra prædictos Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas atrocium criminum reos, *procederent, condemnarent, punirent, & caſtigarent*; Conſulto tamen in corpore gratiæ adiecit decretum in hæc verba: *Volumus autem quod vbi pro delictorum atrocitate ſanguinis pœna iniungenda foret, degradatio qua alias pracedere debet ſecundum formam Iuris, omnino pracedat*. Hoc enim decretum cum certa forma totum priuilegium, ſiue gratiam ita arctat, & modificat, vt impoſſibile ſit, ea forma non ſeruata actum valere. cap. cum dilecta. de reſcript. Rota deciſ. 8. de dolo & contumac. in nouis. & fuit ſignanter deciſum in Rota in cauſa Valentina Baroniæ de Cortes die. 11. Martij. Anno 1603. coram Domino Ortembergo.

Præterea cum diſponat, *Quod quando pœna ſanguinis venit imponenda, pracedere debeat degradatio ſecundum formam Iuris, vt in cap. cum non ad homine. de Iudic. & in cap. nouimus. de verbor. ſignif.* Manifeſte deprehenditur, indultum vere non fuiſſe conceſſum in derogationem priuilegij Clericalis, niſi quantum ad facultatem procedendi, non tamen ſimpliciter, ſed cum interuentu Vicarij, alias non valeret, etiamſi reus fuiſſet confeſſus coram laico, vt tradunt omnes Canoniſtæ in cap. at ſi Clerici. de Iudic. & recte quidem: nam cum ante degradationem ſecundum formam Iuris, ſemper Clericus retineat priuilegium Clericale vt ſupra oſtenſum fuit, conſequenter ceſſat Iudicis ſæcularis poteſtas, quæ tunc incipit, quando Clericus propter graue aliquod flagitium fuerit degradatus & exutus priuilegio Clericali, foro ſæculari fuerit traditus, vel relictus, vt in terminis declarat Innocentius III. in cap. nouimus. de verbor. ſignificat. quoniam autem iſta propter Clericos, qui ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinent, ad cuius cognitionem ſpectat conſiderare crimina atrocia degradatione digna, ideo neceſſario à Iudicibus ſæcularibus iubetur vocari Vicarius Patriarchæ in ſpiritualibus, & eo non vocato, ceſſat penitus eorum Iuriſ-

Priuilegiũ Pauli Papæ III. nõ fuit conceſſum in derogationẽ priuilegij Clericalis.

 dictio:

dictio : quod oſtendit aduerbium illud, *Quando*, quod iunctum verbo futuri temporis, prout in caſu propoſito, ibi: *Quando à dictis Iudicibus ſæcularibus vocati fuerint:* importat conditionem. l. cum vir. ff. de condit. & demonſtrat l. ſi pupilli. ff. quando dies legati cedat. l. fideicommiſſo. §. hoc autem. vbi Bartolus. ff. delegat. 3. Et vlterius propter eandem rationem iubetur intereſſe, & omnino aſſiſtere, vnde ſi nec vocetur, nec aſſiſtat, ſilet officium Iudicum ſæcularium, quia verbum, *omnino*, præciſum eſt. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. & ibi gloſſ. ff. quod metus cauſa. Alexander. in l. moribus. nu. 29. ff. de vulgar. non vocatus autem Vicarius non tenetur ſponte accedere, & tunc Iudices laici non iuuantur priuilegio, nec Iuriſdictionem habent, quia non ſeruant præciſe priuilegij formã: nam Iuriſdictio tradita cum aliqua qualitate, ceſſat ſi qualitas non ſeruetur. Socinus in. l. falſa. §. fin. nu. 2. ff. de condit. & demonſtrat. quia quæ ſunt introducta pro forma, debent præciſe ſeruari. Baldus in l. final. C. de ſuis & legit. hæredib.

Ideo etiam voluit Papa vocari Iudicem Eccleſiaſticum, vt vocatus videret, An crimen ex forma priuilegij ſpectaret ad Iudices laicos, & an fortaſſis Iudicium eſſet præuentum in foro Eccleſiaſtico: quia Papa in caſu præuentionis Eccleſiaſticum, non ſæcularem vult eſſe Iudicem ibi: *Si per Vicarium, & alios Eccleſiaſticos Iudices in procedendo præuenti non fuerint.* Et per conſequens atrocia crimina non fuerunt à foro Eccleſiaſtico ſimpliciter abdicata.

Senatus per abuſum priuilegiorum amiſit priuilegia.

Supradictis accedit, quia Senatus, qui abuſus fuit priuilegijs, conſequenter illa amiſit. cap. priuilegium. 11. quæſt. 3. cap. accedentibus. vbi notat Innocentius. & cap. terra. de priuileg. Abutentes enim priuilegijs tanquam ingrati, amittunt ea. cap. & ſi Iudæos. de Iudæis. Abbas in cap. gratum nu. 4. de poſtulat. prælat. Oldradus conſil. 87. nu. 2. incip. *Quæritur an Princeps poſſit.* Felinus cap. cum acceſſiſſent. nu. 28 de Conſtitut. Abuſus enim priuilegij nocet priuilegiato. Authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio. §. antepenult. cap. tuarum. de priuileg. & actibus contrarijs amittitur priuilegium Bartolus in. l. final. nu. 6. ff. de Conſtitut. Princip. Felinus

linus in dicto cap. cum acceſſiſſent. de Conſtitut.nu 28.verſ. *Et quod abutentes.* Et eo magis Reſpub. amiſit priuilegia, quia libertatem Eccleſiaſticam (vt late ſuper alio decreto dictum fuit) grauiter violauit, condendo ſtatuta contraria, & obſtinate perſiſtendo, & non parendo Apoſtolicis mandatis, & cenſuris quoad illorum reuocationem: notū eſt enim propter delictum amitti priuilegium.cap.ita nos.25 quæſt.2.cap. ad aures.& cap. in quibuſdam.de pœnis.l.filio.§.1.ff.de ritu nuptiar.

Videndum eſt ſeptimo & vltimo loco: Vtrum Senatui ſuffragetur priuilegium præſumptum, deductum ex conſuetudine immemorabili, & ex Principis aſſertione allegantis ſe ſimul cum vſu habere Apoſtolicum priuilegium.

Priuilegium præſumptū deductū ex prætenſa immemorabili, nullo pacto Senatui ſuffragari.

Conſulentes enim prætendunt, quod licet memorata priuilegia non extarent, adhuc tamen liceret eis iudicare Clericos etiam in ſacris conſtitutos vigore conſuetudinis immemorabilis, quia ſunt in quaſi poſſeſsione tanti temporis, de cuius contrario non extat memoria.

Pro declaratione iſtius prætenſionis quatuor ſuo ordine oſtendentur:

Primum, nullam immemorabilem conſuetudinem, vel præſcriptionem in hoc caſu probari:

Secundum, potius probari contrarium ex multis rationibus, & actibus poſitiuis:

Tertium, licet probaretur talis conſuetudo, vel præſcriptio immemorabilis, adhuc probata non releuaret in hoc caſu:

Quartum, rationes & argumenta Conſulentium nullius eſſe momenti.

Allegantì immemorabilem incumbit onus eam probandi: & non probatur in hoc caſu

PRimum facile oſtenditur ex natura præſcriptionis immemorabilis, quam non ſufficit allegare, ſed vt priuilegium tribuat, legitime probanda eſt iuxta omnia requiſita per gloſſam communiter receptam in cap. 1. in verbo. *memoria*. de præſcript. lib. 6. vbi communiter Canoniſtæ, Lapus Abbas, Francus, & alij. Felinus conſil. 2. nu. 3. Natta conſil. 636. nu. 105. lib. 3. Verallus deciſ. 71. incip. *immemorabilitas*. par. 2. Antonius Gabriel tit. de præſcript. concluſ. 1. nu. 81. Couarruuias in regula. poſſeſſor. par. 2. §. 3. nu. 7. Nam neceſſe eſt, quod teſtes immemorabilem probantes dicant, quod ſemper viderunt, & audierunt Iudices criminales Venetos iudicaſſe Clericos etiam in ſacris conſtitutos, & quod numquam viderunt, vel audierunt contrarium, & quod communis eſt, & fuit ſemper opinio, quod ſic fuerit: & quod non extat contrarij, vel initij memoria. In caſu propoſito Conſulentes ſolam vocem immemorabilis conſuetudinis, vel præſcriptionis iactantes, nullam legitimam probationem afferunt: Vnde qua facilitate aſſeritur, eadem ſine cuiuſquam iniuria negari poteſt.

Multis modis excluditur prætenſa immemorabilis.

ET licet hoc ſolum ſufficeret ad excludendum præſumptum priuilegium, quod deduci prætenditur ex præſcriptione immemorabili, adhuc tamen exploditur manifeſtius: tum ex multis rationibus: tum ex multis actibus poſitiuis prætenſam immemorabilem excludentibus, quod ſecundo loco ſuſcepimus oſtendendum.

Ex eiſdem Apoſtolicis priuilegijs, quibus Senatus nititur, immemorabilis excluditur.

Prima ratio deducitur ex eiſdem priuilegijs Apoſtolicis Sixti IV. quibus primo loco nititur Senatus, nam cum vigore illorum ſolum poſſent procedere contra Clericos charactere clericali inſignitos in duobus tantum criminibus *læſæ maieſtatis, & falſificationis monetarum:* conſequenter tunc non aderat immemorabilis procedendi generaliter, & indiſtinctè contra omnes tam ſæculares, quam Regulares etiam ſacris ordi-

ordinibus initiatos: quoniam ſi tunc adfuiſſet immemorabilis, ne ſibi Senatus præiudicaret, non ſe reſtrinxiſſet in petitione priuilegiorum ad *ſolos Clericos Clericali charactere inſignitos*, & ad duo tantum crimina prædicta. Vnde præterea clariſſime infertur, quod eo tempore de criminibus atrocibus non cognoſcebant iudices ſæculares, ſed ſolum de ibi expreſſis.

Secunda ratio, ſi tempore priuilegiorum Sixti IV. anno videlicet 1474. iam aderat immemorabilis, quæ poſtea fuit narrata in priuilegio Pauli Papæ III. priuilegia Sixti IV. non ſolum inutilia, ſed damnoſa etiam futura erant Senatui Veneto, cum vigore prætenſæ immemorabilis haberet cognitionem omnium criminum atrocium contra omnes Clericos ſæculares, & Regulares etiam in ſacris conſtitutos; & vigore dictorum priuilegiorum ſolum poſſet procedere contra ſimplices Clericos ſuper duobus tantũ criminibus: nam acceptando priuilegia ſtrictiora ſibi Senatus præiudicabat, vt non poſſet in poſterum ampliori priuilegio vti vigore immemorabilis, quam tunc non agnouit. Bartolus in l. vſum aquæ. nu.2. C. de aquæductib. lib.11. late Cynus in l. voluntarie. C. de excuſat. tutor. notat Alexander conſil. 33. lib.5. & tradunt Franciſcus Lucanus de priuilegijs. par.3. num.38. in fine. & Balbus tract. de præſcript. par.3. quintæ partis principalis. quæſt.4. nu.8. vnde non eſt veriſimile quod ſi Senatus talem præſcriptionem immemorabilem habuiſſet, petendo priuilegium ſtrictum, & limitatum voluiſſet amittere amplum priuilegium, quod vigore immemorabilis nunc Senatui Conſulentes tribuere conantur.

Et eadem ratione excluditur omnis prætenſa immemorabilis ex priuilegijs Innocentij VIII. anni 1487. & Alexandri VI. anni 1502. & Clementis VII. an. 1529. à quo præterea tempore vſque ad præſens non effluxit tantum tempus, vt immemorabilis inchoari, & generari potuerit: cum tempus infinitum comprehendat. Oldradus conſil.254. nu.18.

Si Senatus habuiſſet immemorabilẽ, eius feciſſet mẽtionem in primis priuilegijs, quę à Sede Apoſtolica impetrauit

Tertia ratio, non eſt veriſimile, quod ſi tunc Senatus habuiſſet immemorabilem, non feciſſet illius mentionem in duobus prædictis primis priuilegijs, ſicut poſtea fecit in vltimo

mo priuilegio Pauli Papæ III. vnde infertur, quod reuera illam non habebat, ſicut nec nunc habet. l.ſi quis forte. ff. de pœnis. verſ. *quis enim*. ibi: *nec enim debebant tam magnam rem tandiu reticere*. & cap. 1. de frigid. & malefic. ibi: *quia ſi proclamare voluit cur tandiu tacuit*.

Quarta ratio euidentiſſima, & efficaciſſima ad omnem immemorabilem præſcriptionem excludendam deducitur ex Breuibus Apoſtolicis Gregorij Papæ XII. patria Veneti ex familia patritia Coraria nati, qui Pontificatus ſui anno I. ideſt, anno M.CCCCVI. committit Epiſcopo Polen. vt Clericos ſodomitas, & alios enormia delicta perpetrantes corrigat, & puniat iuxta Canonicas ſanctiones, quos Michael Steno tunc Dux Venetiarum ob reuerentiam ordinis Clericalis punire diſtulerat, eius reſcripti verba ſic habent:

Gregorius &c. Ven. fratri Vito Epiſcopo Polen. ſalutem &c.

Michael Steno Dux Venetiarũ ſimplices Clericos atrocium criminũ reos, non audet punire ob reuerentiam ordinis Clericalis.

Ad audientiam noſtram peruenit, quod nonnulli malefactores reperti in Venetijs Caſtellanen. Diœceſis, propter eorum delicta ſodomitica, & alia enormia crimina, & exceſſus, quibus publice diffamantur carceribus dilecti filij Michaelis Steno Ducis Venetiarum mancipati ſunt: & licet ipſi habitus, & tonſuras Clericales antequam caperentur minime detuliſſent, ne tamen in foro ſaeculari ſuper præmiſſis via iuſtitiæ contra ipſos procedatur ſe Clericos fore aſſerunt, propter quod idem Dux malefactores ipſos, prout iuſtitia exigit, ob reuerentiam ordinis Clericalis condemnare, ac punire diſtulit. Nos igitur, qui iuſtitiam vbique inuiolabiliter cupimus obſeruari, ac delicta, crimina, & exceſſus quoſlibet abhorremus, ne iuſtitia circa præmiſſa in præiudicium Reipublicæ valeat retardari, Fraternitati tuæ præcipiendo committimus, & mandamus quatenus malefactores illos, quos inueneris charactere Clericali fore inſignitos, & huiuſmodi delictorum, criminum, & exceſſuum patratores etiamſi per venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Caſtellanum loci Ordinarium contra illos fuiſſet præmiſſorum occaſione proceſſum, corrigas, & punias, ac ſuper huiuſmodi delictis, criminibus, & exceſſibus iuſtitiam miniſtres iuxta Canonicas ſanctiones. Contradictores quoque etiam ſi Pontificali, aut quauis alia dignitate præfulgeant, auctoritate noſtra appellatione

Digitized by Google

tione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante, quod ſuper eodem crimine non oporteat ſæpius quæri, aut ſi aliquibus coniunctim, vel diuiſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum quarto nonas Iulij. anno primo.

Cum vero poſtquam Epiſcopus Polenſis ad nonnullos actus contra prædictos malefactores proceſſiſſet, ipſi ad Sedem Apoſtolicã prouocantes cauſam certo iudici committi obtinuiſſent: Idem Gregorius Pontificatus ſui anno ſecundo, ideſt, anno M. CCCC VII. alio reſcripto, incipiente: *Et ſi cuncta crimina.* dato Lucæ decimo kalendas Aprilis, eidem Epiſcopo Polenſi committit, vt iuxta tenorem primarum litterarum, quæ proxime relatæ ſunt, contra eoſdem delinquentes procederet.

Senatus Venetus multis actibus poſitiuis patentiſſimis excluſit omnẽ præſcriptionẽ immemorabilem.

Dato autem quod aliqua immemorabilis præſcriptio, vel conſuetudo inchoari potuerit, eius tamen curſus multis modis fuit interruptus ex factis poſitiuis, & declaratiuis legitime præſtitis ab eodem Senatu Veneto; ex quibus tres tantũ recenſere placuit: vnde & omnis difficultas ceſſat, & omnis prætenſa immemorabilis præſcriptio tollitur.

In cõuentione cum Iulio II. promittit non procedere contra Clericos, nec violare Eccleſiaſticam libertatem.

Primus eſt clariſſimus, & euidentiſſimus, ex capitulis conuentionum inter fel. record. Iulium Papam Secundũ, & Rempublicam Venetorum, quas anno 1510. ſolemniter inierunt; vbi inter cetera Oratores Veneti cum iuramento promiſerũt non violare Eccleſiæ libertatem, nec Clericos capere aut carcerare in hæc verba: *Item nominibus & modo quibus ſupra, promiſerunt deinceps perpetuis futuris temporibus, per ſe, vel alium, ſeu alios ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, aut ingenio non impedire, nec ſe quoquo modo intromittere quominus cognitio cauſarum fori Eccleſiaſtici libere exerceatur per Iudices Eccleſiaſticos, & per eos dicta cauſa cognoſcantur, & terminentur in quacumque inſtantia, tam in Romana Curia, quàm in alijs locis, prout ſanctiſsimo Domino noſtro, & Romano Pontifici pro tempore illas in quocumque ſtatu committi contigerit: Nec appellationes, & prouocationes in cauſis prædictis ad eamdem Sedem, vel alios interponi, & interpoſitas libere proſequi etiam in Romana Curia impedient. Nec pariter Clericos, aut Eccleſiaſticas perſonas prædictas*

abſque

abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, vel alterius Eccleſiaſtici Iudicis ad quem ſpectat, capi, carcerari, detineri, aut quauis moleſtia in eorum bonis, perſonis, aut beneficijs affici facient, aut permittent. Hæc ibi.

Acceptat acta Concilij Tridentini.

Alter actus eſt etiam manifeſtus deductus ex acceptatione Actorum ſacri Concilij Tridentini: quod Veneti Oratores nomine Reipublicæ Tridenti anno 1563. totum cum omnibus in eo contentis acceptauerunt, & laudauerunt, vt conſtat ex Actis authenticis Concilij Tridentini. par. 3. ſub Pio Quarto in hæc verba: *In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Inſtrumentum, cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod Anno à Natiuitate Domini 1563. Indictione 6. die vero Lunæ 6. menſis Decembris Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno quarto. In noſtrum. M. Antonij Peregrini Comenſis, & Cinthij Pamphili de ſancto Seuerino Camerinenſis Diœceſis publicorum Apoſtolica auctoritate, & ſacri Oecumenici, & generalis Concilij Tridentini Notariorum, teſtiumq. infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtituti Illuſtriſsimus Dominus Ferdinandus Martinus Maſcarenius Sereniſsimi Portugaliæ Regis, & Clariſsimus dominus Nicolaus de Ponte Doctor, & Eques Sereniſsimæ Venetorū Reipublicæ ad hoc ſacrum Oecumenicum, & generale Concilium Tridentinum Oratores ſponte, & ex eorum, & cuiuſlibet ipſorum certa ſcientia, ac ſpontanea voluntate omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus melius, & efficacius de iure potuerunt, & debuerunt nomine prædicti Sereniſsimi Portugaliæ Regis, & Clariſsimus Dominus Nicolaus prædictus nomine etiam Clariſsimi Domini Matthæi Dandali etiam Oratoris & Collegæ ſui abſentis, ac etiam Sereniſsimæ Reipublicæ præfatæ principalium ſuorum, Regnorumq. & Dominiorum ſuorum omnia, & ſingula in hoc ſacro Oecumenico, & generali Concilio Tridentino ſub fel. record. Paulo Tertio, & Iulio Tertio, quam Sanctiſs. D. N. Pio Quarto ſummis Pontificibus acta, decreta, geſta, facta, concluſa, & determinata, ac totum ipſum Concilium, & in eo contenta quæcumque acceptarunt, & laudarunt, ac eiſdem actis ſubſcripſerunt. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſsis prædicti Oratores ſibi à noſtris Notarijs publicis ſupra, & infraſcriptis vnum, vel plura publicum, ſeu publica fieri, atque confici petierunt inſtrumentum, & inſtrumenta.* Hactenus ibi.

Notum autem eſt Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reformat.

format. cap. 20. §. decernit itaque. Sacros Canones, & Concilia generalia omnia, & alias Apoſtolicas ſanctiones, in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas innouaſſe, & ab omnibus exacte obſeruari debere mandaſſe.

Tertius patentiſſimus actus deducitur ex eo, quod anno mox ſequenti. 1564. die. 16. Octob. Hieronymus Priuli tunc Venetiarum Dux, & Senatus Venetus in conſilio Rogatorũ congregati, *Præmiſſa Catholica confeſſione ſuper obligatione, qua Principes Catholici Sacrorũ Conciliorum decreta ſeruare tenentur: Idem Concilium Tridentinum cum omnibus ſuis decretis nominatim acceptauerunt, & in omni ſuo dominio publicari, & ab omnibus Magiſtratibus, Rectoribus, & Gubernatoribus obſeruari præceperunt: Quibus more Religioſorum Principum tunc amplius iniunxerunt, vt ſi nondum publicatum eſſet in omni Veneti Imperij Iuriſdictione, vel cum Patriarcha, vel Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel alijs Prælatis, quibus ea cura incumberet, agerent, atque curarent, vt Concilium publicari facerent, & pro debita illius executione auxilium, fauoremque præſtarent.* Sic enim ſcriptum legitur in eo ipſo decreto, quod tunc Dux, vna cum pio Senatu ſanciuit. Senatus iubet publicari & ſeruari in dominio, decreta Concilij Tridentini.

Quinta ratio, omnem prorſus curſum immemorabilis cõſuetudinis excludens, deſumitur ex perpetua cõtradictione, & repugnantia Romanorum Pontificum, qui in caſu propoſito, ideſt, contra Venetos Magiſtratus Eccleſiaſticam immunitatem violantes ſemper exclamauerũt, & per cenſuras Eccleſiaſticas repreſſerunt, atque coercuerunt, vt apparet ex Authenticis ſcripturis, & reſcriptis contentis in Regeſtis multorum Romanorum Pontificum, & ſignanter Gregorij Noni: Nicolai Quinti: Pauli ſecundi Veneti, qui eius Reip. mores probe nouerat: Sixti Quarti: Innocentij Octaui: Iulij ſecundi: Leonis decimi: Clementis ſeptimi: Pauli tertij: Gregorij decimitertij: & Sixti Quinti: Vnde conſtat de clara, & aperta Romanorum Pontificũ contradictione ſufficiente ad interrumpendum, & impediendum curſum cuiuslibet præſcriptionis. Ex quibus amplius ceſſat omnis prætenſa ſcientia, & patientia, ſiue tolerantia Romanorum Pontificum, vnde vel inchoari, vel continuari potuerit aliqua præſcriptio. Maxime quia in hoc caſu non ſufficit ſcientia præſum- Perpetua Romanorum Pontificum cõtradictio, omnem prætenſam immemorabilem præſcriptionẽ excludit.

Y

ſumpta,ſed requiritur expreſſa approbatio, vt tradunt communiter Doctores in cap. literas. de ſupplen. neglig. Prælat. & Felinus in cap.2.nu.39.& 40.de reſcript.& Rebuffus ſuper concordatis.tit. de firmitat. & irreuocabil. concor.§ & cum omnium. in principio. Rota deciſ. 10.de conſuetud.in antiq. nu.verſ.4. *Nec hoc caſu.* vbi olim in his terminis reſpondit contra ſimilem prætenſionem Regis Angliæ,non ſufficere Papæ tolerantiam, etiam dato quod propter ſcandalum tolerauit quod alias prohiberi poterat: nam propter hoc non cenſetur approbaſſe, nec voluiſſe introduci conſuetudinem.

Proceſſus Bullæ in cœna Domini ſingulis annis publicatus, cuiuſcumque immemorabilis curſum interrumpit.

Sextam rationem, quæ impediuit, & interrupit, & ſemper quoque impedit, & interrumpit curſum immemorabilis præſcriptionis præſtat proceſſus Bullæ in cœna Domini, qui ſingulis annis Romæ publice præſente Romano Pontifice, & Collegio Cardinalium, & Epiſcopis, & Prælatis, & & Regum & Principum Oratoribus legi, & publicari cõſueuit cum cenſuris contra Rebelles Eccleſiæ, & contra offendentes, & lædentes eius immunitatem. Felinus in cap. cum non liceat. nu. 12. verſ. *Quinto conſidera quod ſingulo anno*. de præſcript. Vbi meminit huius proceſſus bullæ, & dicit per ipſam videri interrumpi, imo impediri omnes præſcriptiones contra Romanam Eccleſiam. Qui ritus non eſt nouus, ſed vetuſtus in Eccleſia Dei, cuius meminerunt Ioannes Andr. in Clemen.dudum. in verbo: *Solemnes*. de Iudic. Idem Ioannes in cap. vt officium. in principio. de hæret. lib. 6. & Ioannes Monachus ſuper Etrauagan. Bonifacij. 8. tit.de dolo & contumac.inter communes.in verbo. *Solemnes dies*. Olim autem ter in Anno fiebant, & publicabantur iſti proceſſus Generales, videlicet in die Iouis ſeptimanæ ſanctæ, & in die Aſcenſionis: & in die feſto Dedicationis Baſilicarum Petri & Pauli, vt ait Ioãnes Andr. in dicta Clemen. dudum.in verbo. *Solemnes*. De Iudic.

Inſignes Doctores dominij Veneti nullam immemorabilẽ præſcriptionẽ agnouerunt.

Septima & vltima ratio petitur ab auctoritate inſignium quorundam Iuriſconſultorum de dominio Veneto, qui nullam talem immemorabilem præſcriptionem agnoſcentes vel reprobauerunt tales conatus, & exceſſus Iudicum ſæcularium Dominij Veneti, vel ad Apoſtolica priuilegia recurrerunt.

Ioan-

Ioannes Hieronymus Cardinalis Albanus Iuriſconſultus Bergomenſis conſil. 13. incip. *Excellentiſsime Domine.* dum eſſet laicus aperte ſenſit, *Iudices laicos in Dominio Veneto non poſſe ſe ingerere in cauſis criminalibus Clericorum, quoniam eſt contra Eccleſiaſticam libertatem.* Cardinalis Albanus.

Ioannes Baptiſta Ferrettus Vicentinus conſil. 297. incip. *Princeps poteſt.* nu. 8. lib. 2. affirmat, *Rempublicam Venetam, vt poſſet procedere contra Clericos in certis caſibus, petiuiſſe priuilegium à Paulo Papa Tertio anno 1542.* Ferrettus.

Tiberius Decianus Vtinenſis conſil. 82. incipit: *Præſuppoſito hoc in facto.* nu. 8. verſ. *accedat poſtremo.* lib. 2. Poſtquam diſputaſſet, *An Iudex ſæcularis poſſet procedere contra Clericum inquiſitum de aſſaſsinio,* dicit, *omnem difficultatem tollere Bullam Pauli Papæ Tertij, emanatam anno 1542. qua concedit licentiam Iudicibus ſæcularibus cognoſcendi etiam contra Clericos in atrocioribus, aſsiſtente tamen Eccleſiaſtico: Cum Papa* inquit, *poſsit talem facultatem Principibus laicis etiam contra Clericos in certis criminibus concedere, in quibus cenſentur Delegati Papæ.* Decianus.

Idem Tiberius Decianus in pract. crimina. lib. 4. cap. 9. nu. 68. poſtquam feciſſet mentionem priuilegiorum Venetis conceſſorum teſtatur, *hodie obſeruari, & quod ipſe bis vidit obſeruare, quod etiam in homicidijs appenſatis in Dominio Veneto, impetratur licentia à Summo Pontifice procedendi contra Clericos, cum aſsiſtentia Ordinarij.*

Achilles Pedroccha Brixienſis conſil. 40. incip. *Quod attinet ad primam quæſtionem.* nu. 85. & ſeq. facultatem Iudicum ſæcularium Venetorum, quod in atrocioribus poſſint procedere contra quoſcumque Clericos tam ſæculares, quam Regulares in ſacris Ordinibus conſtitutos, ſequutus Decianum ad priuilegia Apoſtolica refert. & licet ibidem num. 87. dicat, *dominium Venetum iam eſſe in poſſeſsione iudicandi Clericos in atrocioribus delictis, non tamen meminit alicuius immemorabilis, ſed initium potius Apoſtolicis tribuit priuilegijs. qui in eodem conſil. nu 78. memorat cauſam fuiſſe remiſſam ad Iudicem Eccleſiaſticum.* Achilles Pedroccha.

Hieronymus Gigas licet non ſit de Dominio Veneto, ſed Foroſempronienſis. tract. de penſionib. Eccleſiaſt. quæſt. 94. nu. 8. Poteſtatem procedendi contra Clericos refert ad priui-

Digitized by Google

legium Clementis VII. nulla de immemorabili præſcriptione facta mentione.

Dictum Ancharani.

Antiqui etiam Doctores magni nominis nullam huiuſmodi immemorabilis præſcriptionis mentionem fecerunt, nam Petrus de Ancharano in cap. ea quæ.de regu.iur. lib.6.nu.24. verſ. *vidi dubitari.* cum quæſiuiſſet: *An Epiſcopus poſſet dare licentiam Iudici ſæculari capiendi Clericos delinquentes, euntes de nocte, & repertos cum armis, & ponendi eos in carcere ad petitionem ipſius.* eodem nu.24.in fine. & nu.25.dicit, *Venetijs practicari, vt ad mandatum Epiſcopi, per Iudicem ſæcularem in carceribus detrudantur.* vnde iam tunc nulla vigebat, nullaq. immemorabilis agnoſcebatur.

Præſcriptio immemorabilis etiam legitime probata non poſſet Senatui ſuffragari.

AD tertium articulum huius capitis breuiter reſpondetur, præſcriptionem immemorabilem etiam legitime probatam, Senatui in hoc caſu non poſſe ſuffragari. gloſ. in cap. Clerici in verbo:*conſuetudine.* de Iudic. Alexander conſi.8. nu.1.lib.1.Rebuffus conſil.193.incip. *certum eſt.* nu.7. verſ. *non valet etiam.* Rolandus conſi.23.nu.9.lib.2.Alexander de Neuo conſil.56.nu.1. Rota deciſ.10. de conſuetud. in antiq. Decianus in pract.crimin.lib.4.cap.9.nu.14. & licet gloſſa, & Rota præcitatis locis de conſuetudine immemorabili expreſſe nō loquantur, verba tamen gloſſæ in dicto cap. Clerici. immemorabilem importare videntur, illa videlicet: *quantocumque tempore obtenta eſſet.* Rationes quoque gloſſæ, & Rotæ idem concludunt: quia talis conſuetudo eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, & contra ſtatutum Eccleſiæ, & conſequenter nullis temporum metis præſcribitur, immo vero quanto eſt longior, tanto eſt periculoſior, & damnabilior. cap.final. de conſuetud. Felinus in cap. cum ex officij. num.13.verſ. *& ſequeretur vnum.* de præſcript. & huic ſententiæ fauet Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ſeſſ. 10. conſtitutione incipiente: *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ.* vbi loquens de Immunitate Eccleſiarum, perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum dicit: *quacumque contraria conſuetudine non obſtante.* Hinc dixit Ioannes Lopez tract. de libertat.Eccleſiaſt. par.1.quæſt.6. num.3. *impræſcriptibilem eſſe Eccleſiæ libertatem, & laicos eam inuadentes, aut*

Impræſcriptibilis eſt Eccleſiæ libertas.

occu-

Digitized by Google

occupantes eius eſſe incapaces. Quod maxime procedit ſtante diffinitione Eccleſiæ in cap. quamquam.de cenſib.lib.6.& conſtituta vera ſententia ſupra probata, quod priuilegium fori Clericorum eſt de Iure diuino: quia contra ius diuinum nulli præſcriptioni eſt locus,nec decurſus cuiuſcumque temporis poteſt facere capacem Iudicem laicum,huius Iuriſdictionis,& poteſtatis exercendæ ſuper Clericos incapacem. Felinus in cap.cauſam. num.2.verſ.*ſignat theoricam.* de præſcript. Stephanus Aufrerius in repetitione Clement. 1. de offic. Ordinar. nu.58.& ſeq. Confert omnino textus in cap.aduerſus. de Immunit. Eccleſ. ibi: *irrita habeantur, nullo vmquam tempore valitura*. Quorum omnium ratio firma, & conſtans eſt, quia cum incapacitas laicorũ reſpectu diuinæ prohibitionis quominus laici poſsint iudicare Clericos, ſit perpetua: Conſequenter perpetua erit prohibitio vetans quodcumque præſcriptionis initium,vel curſum. argumẽto textus in cap. cum non liceat.& cap. cum ex officij. de præſcript.

Laici incapaces ſunt iudicij exercendi contra Clericos.

Hanc eamdem ſententiam multis rationibus viuis,& efficacibus confirmauit Rota in prædicta deciſ.10. de conſuetu. in antiq. ſæpe allegata, contra prætenſionem Regis Angliæ, qui ſolum prætendebat habere iuriſdictionem in Clericos ſolutos in actionibus ciuilibus etiam perſonalibus mere, vel criminalibus vbi ciuiliter agebatur: quã multo magis nunc aſſeruiſſet contra Senatum Venetum prætendentem iudicare Clericos in cauſis criminalibus non ciuiliter, ſed criminaliter intentatis, quod eſt maius,cum in illis caſibus de rebus, vel actionibus perſonalibus ageretur: in hoc vero de hominis vita tractetur,quæ longe maior,& pretioſior eſt.

DEmum quarto loco ſoluenda ſunt argumenta Conſulentium, & demonſtrandum ea nullius eſſe momenti: Dum ergo primo loco dicunt,immemorabilem habere vim priuilegij.l.3.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſtiua.cap. ſuper quibuſdam.de verbor.ſignific.cap.1.§.fina.de præſcrip. lib.6.Reſpondetur primo, in caſu propoſito nec probari conſuetudinem,aut præſcriptionem immemorabilem, nec probatam releuare,vt late ſupra probatum fuit.

Reſponſiones ad argumenta Conſulentium.

Secundo reſpondetur prædictam regulam non procedere quan-

Digitized by Google

quando conſtat de titulo,ſeu priuilegio præcedente. Iaſon in l.1.limitat.5.nu.15.C.qui admitti. Socinus conſil.56.nu.22. lib.2. Decius conſil.479.nu.5. Cephalus conſil.238.num.17. lib.2. Couarruuias,qui alios refert in regula.poſſeſſor. par.2. §.4.nu.2.verſ.*ſecundo ab eadem*. Ruinus conſil.156.nu.16.lib.1. Et ratio eſt,quia præſumptio, quæ oritur ex immemorabili, veritati cedere debet. l.final. ff.de probat. Vnde cum in caſu propoſito conſtet Iudices criminales Reipublicæ Venetæ vigore priuilegiorum Apoſtolicorum contra Clericos parciſſime & limitatiſſime procedere cœpiſſe (vt copioſe hactenus fuit dictum) hæc veritas præſumptioni præferenda omnem immemorabilem,& omne priuilegium immemorabilis præſcriptionis excludit.

Regula, quod immemorabilis habet vim priuilegij, non habet locum quando adeſt incapacitas in præſcribente.

Tertio reſpondetur,prædictam Regulam procedere,data capacitate in præſcribente,ſecus autem quando præſcribens eſt incapax illius iuris, quod vigore immemorabilis habere prætendit: Ioannes Monachus in cap.2. nu.5. de præben.lib. 6.& alij quos ibi refert Probus nu.9.Abbas,& Felinus in cap. cauſam.nu.2. de præſcript. Idem Felinus in cap. accedentes. nu.6.eod.tit. & in cap.cum contingat. nu. 4. de foro competen. Ripa in cap.decernimus. de iudic.nu.75.Balbus tract.de præſcript.par.1.partis quintæ principalis. quæſt.7. num.16. Couarruuias lib.1. variar.reſolut. cap.10.num.14. in fine. & cap.17. num.6. verſ. *quarto ab eadem radice*. Ioannes de Selua tract.de beneficijs. par.2.quæſt.23.num.16.verſ. *& in iſto caſu*. vbi ex Ioanne Andr.& Dominico in cap. 2. de præben.lib.6. & alijs Doctoribus quos refert,& ſequitur,concludit, *non habere locum, hunc modum argumentandi, videlicet tantum valere conſuetudinem immemorabilem,quantum valet priuilegium Papæ: quia vbi non eſt capacitas, non procedit huiuſmodi æquiparatio de priuilegio ad conſuetudinem*. Rationem diuerſitatis tradit Probus ad Monachum in dicto cap 2 de præben.lib.6.num.8. & 9. quoniam Princeps per priuilegium incapacem, poteſt facere habilem & capacem ſanando defectum incapacitatis: præſcriptio autem quantumcunque immemorabilis id facere nõ poteſt. Ex prædictis receptiſſimum eſt apud cordatos iuris interpretes, præſcriptionem immemorabilem non equiualere priuilegio vbi adeſt incapacitas præſcribentis.

Rur-

Rurſus ex prædictis reſpondetur ad Decium conſil. 586. nu. 2. & conſil. 649. nu. 2. & ad Gratum conſil. 61. nu. 22. & 23. lib. 1. & ad Oſaſcum deciſ. Pedemontana. 30. incip. *Propoſita fuit quæſtio*. nu. 15. verſ. *Adferebant vltimo*. & ad alios affirmantes idem acquiri poſſe laicis per immemorabilem, quod per Papæ priuilegium poteſt concedi, quia non procedit æquiparatio, data incapacitate.

Secundum argumentum eſt, licet data incapacitate laicorum ex ſolo vſu immemorabilis dubitari poſſet, *An eſſet inducta legitima præſcriptio, quam Princeps allegat*, tamen ſi vltra vſum immemorabilem Princeps alleget priuilegium ſibi à Pontifice conceſſum, ex vſu ipſo & allegatione priuilegij ſimul iunctis probatur præſumptiue priuilegium, & inducitur priuilegium præſumptum tantam vim habens, quantam verum priuilegium probatum per inſtrumentum. Ad hoc à Conſulentibus allegantur Alexander conſil. 6. in fin. lib. 1. Aufrerius, & Decianus in pract. criminal. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 67. Quibus poſſent alij Doctores adiungi, quos recenſet Crauetta tract. de antiquit. temporis par. 4. §. abſolutis differentijs. nu. 51. quos tamen ipſe merito non approbat, quoniam contraria ſententia eſt vera, quæ firmis rationibus nititur. Prima, quia ſi quod aſſumitur in hoc argumento eſſet verum, eluſoria redderetur diſpoſitio iuris prohibẽtis aliquid præſcribi etiam per tempus antiquiſſimum: Nam ſemper allegaret quis titulum: & ad eius iuſtificationem probaret lapſum temporis antiquiſſimi: & conſequenter lex videretur impoſita verbis, contra textum in l. 2. in fine. C. communia de legat. quod non eſt ferendum, vt late deducit Crauetta præcitato loco. nu. 52. & 53. Secunda, quia quod ex incapacitate præſcribitur, & directe prohibetur, indirecte eſſet permiſſum, quod leges non admittunt. l. ſi ex duobus. vbi gloſſ. ff. de negot. geſt. l. final. C. de vſuris rei iudicat. cap. cum quid vna via. de regul. Iur. lib. 6. & recte quidem, quoniam lex prohibens, circumueniri non debet. l. arbitrio. §. dolo cuius. ff. de dolo. Tertia, quia quoties aliquid non poteſt fieri abſque aliqua cauſa, & titulo, non ſufficit probare illud ſimpliciter factum eſſe, niſi probetur, quod vigore illius cauſæ, & tituli factum ſit. Salicetus in. l. ſi certis annis. nu. 9. C. de pact.

Vſus immemorabilis, & allegatio priuilegij non efficiũt capacem eum, qui alias eſt incapax.

pact. Cumanus, & Romanus in l. qui in aliena. in princip. ff. de acquirend. hæredit. & ibi Iaſon. Paulus de Caſtro conſil. 51. nu. 1. lib. 2. Alexander. conſil. 113. num. 1. lib. 1. & conſil. 108. in fin. lib. 2. & conſil. 75. nu. 41. lib. 4. alias enim, vt dicit Felinus in cap. cum ex officij. nu. 13. verſ. *Caue quia*. circa medium de præſcript. *Sequeretur vnum quod eſſet in Iure hæreticum, videlicet quod omnis corruptela quãuis peruerſa, & ab omni Iure damnata vt iniqua, ſemper ſuſtentari poſſet ſi fuiſſet obſeruata diutiſſime: quoniam ſemper diceret iniquus vſurpator, habeo de hoc priuilegium, perdidi, ſed probo ipſum per ſpatium dicti temporis, & ſic omnis inueterata corruptela valeret contra cap. Quanto. & cap. final. de conſuetud. quo nihil abſurdius*. Quarta ratio eſt, quia ſi verum eſſet, quod probare nititur argumentũ, conſequeretur abſurdum, quia duo ſpecialia ſimul concurrerent: Primum, præſumptio tituli ex ſola illius allegatione iuncta immemorabili: Secundum præſumeretur illud factum vigore dicti tituli præſumpti, contra textum. in l. 1. C. de dot. promiſſion.

Si cum vſu ſufficeret allegare priuilegium, omnis iniqua corruptela poſſet ſuſtineri: quod eſt valde abſurdum.

Secundo reſpondetur, opinionem Alexandri, & Deciani, & aliorum, quorum auctoritate nituntur Conſulentes in iſto argumento, procedere non data incapacitate in præſcribente, ſecus autem data incapacitate, vt in caſu propoſito, in his, quæ ſunt impræſcriptibilia à laicis. Sic & vere Crauetta tract. de antiquitat. temp. par. 4. §. abſolutis differentijs. nu. 57. verſ. *Ideo in prohibitis præſcribi*. Quo loco recedit à contraria opinione, & à gloſſ. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitut. quam etiam à multis reprehendi affirmat Alexander dicto conſil. 108. nu. 14. in fin. lib. 2.

Tertio reſpondetur, quod quidquid ſit de veritate prædictæ opinionis in alijs cauſis, & caſibus, in hac facti ſpecie, res caret difficultate, cum allegetur immemorabilis ſimul cum titulo, nempe cum Apoſtolico priuilegio, eiuſque vero, & legitimo inſtrumento, vt propterea non ſit neceſſarium agere de priuilegio ficto, ſed per ſe, & ſeparate de immemorabili, & ſimiliter per ſe, & ſeparate de Apoſtolico priuilegio. Et cum ex hactenus deductis copioſe conſtet, nullam probari immemorabilem, neque probatam Senatui ſuffragari, & oſtenſum quoque fuerit, priuilegia Apoſtolica Reipub. Venetæ conceſſa multis modis non fauere prætenſioni Senatus,

tus,

tus, inaniter nectitur argumentum ſuper debili, imo vero ſuper non exiſtente fundamento.

Tertium argumentum deducunt Conſulentes de priuatis hominibus Principe inferioribus, qui per tempus immemorabile exercuerunt ſpiritualia, quæ ſunt Iuriſdictionis, non ordinis: quibus allegantibus id feciſſe ex priuilegio Pontificio creditur, cum habeant fundatam intentionem ad illud præſumendum propter vſum illius iuris immemorabilem. Ad quod allegantur Butrius, Imola, & Abbas in cap. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à Prælat. Raphael Cumanus conſil. 84. Barbatia conſil. 35. lib. 2. Iaſon conſil. 156. num. 2. lib. 2. Ripa in cap. 2. num. 74. & ſeq. de iudic. Lambertinus de iurepatronat. lib. 1. par. 1. quæſt. decimæ principalis. artic. 3. qui loquuntur in materia decimarum, dicentes laicum poſſe percipere decimas ſi per longum tempus illas poſſederit, & probauerit famam quod eas habuerit ante Concilium.

Ad hoc argumentum reſpondetur primo, ad dubium aliquem articulum vel quæſtionem arduam dirimendam, incompetenter adduci articulum æque, vel magis difficilem: cum quæſtiones ancipites declarandæ ſint per principia, & fundamenta tuta, & clara, vel communiter recepta, non autem per alias quæſtiones dubias: Notum eſt autem in iure, illum articulum, *An laicus poſſit præſcribere decimas*, eſſe arduum, vt agnouit Ferdinandus Vaſquius lib. 2. Controuerſ. Illuſtrium. cap. 89. vbi num. 7. verſ. *amplia vt laicus*. ex communi opinione aſſerit, *laicum decimas præſcribere non poſſe, etiam per tantum temporis cuius initij memoria non exiſtat*. Et ratio eſt, quia licet regulariter immemorabilis habeat vim tituli. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua. tamen fallit in materia, in qua per legem præſcriptio vetita eſt: Item fallit quando in præſcribente eſt incapacitas. ſic in terminis reſpondit Ripa in dicto cap. decernimus. num. 75. de iudic. verſ. *contrarium eſt verius*. vbi reſpondendo ad dubium propoſitum, *An laicus poſſit præſcribere iura ſpiritualia, puta ius conferendi, vel eligendi, vel decimandi, ſaltem ſpatio tanti temporis cuius initij non habeatur memoria*, poſtquam pro affirmatiua adduxiſſet duas regulas videlicet, *quod omne quod eſt acquiſibile ex priuilegio, eſt ac-*

Ad articulos dubios dirimēdos, non ſunt allegādæ quæſtiones æque, vel magis dubiæ.

Articulus anceps, An laicus poſſit præſcribere decimas.

quiſibile per præſcriptionem temporis immemorabilis: & quod poſſeſſio temporis immemorabilis habet vim priuilegij: ſtatim ſubiungit, *contrarium eſſe verius per textum in cap. cauſam. de præſcript.* & ad contraria reſpondet, quod illæ duæ regulæ procedunt data capacitate poſſidentis, aliàs ſi non poteſt poſſidere, non poteſt præſcribere: Et licet poſtea Ripa diſcurrat ſuper probanda fama, *An laicus habuerit decimas ante Concilium, vel ſufficiat probare poſſeſſionem immemorabilem abſque probatione famæ*, & ex ſententia Capellæ Toloſanæ deciſ. 440. incip. *Olim videlicet anno domini*. concludere videatur ſufficere probare tempus immemorabile, in hoc & Ripa, & Capella Toloſana labuntur, quia iuxta veram opinionem, neceſſe eſt probare immemorabilem cum fama priuilegij Apoſtolici. Et ideo,

Vt laicus poſſit percipere decimas duo copulatiue probare oportet.

Secundo reſpondetur in materia decimali, quod ad effectum vt laicus poſſit percipere decimas, neceſſe eſt quod probet duo copulatiue: Primum immemorabilem poſſeſſionem iuxta requiſita per gloſ. in cap. 1. de præſcript. lib. 6. Secundum, famam priuilegij Apoſtolici: nam talis probatio immemorabilis cum fama Apoſtolici priuilegij operatur, quod decimæ cenſeantur infeudatæ laicis perpetuo ante Conciliũ Claramontenſe, vel Lateranenſe, & probatio famæ priuilegij Apoſtolici excludit præſumptionem vſurpationis, quæ viget ſemper contra laicos incapaces iuris decimandi. Hanc opinionem ſequitur Rota, vt conſtat ex innumeris fere deciſionibus antiquis, & recentioribus, & ſignanter ex Guidobono deciſ. 61. incip. *In vna Iſpalen. decimarum.* tit. de decim. & in alia Placentina decimarum incip. *Propoſui dubium*. die 31. Ianuar. ann. 1586. coram bo. mem. Bubalo, in quibus dicitur quod cum tam ante, quam poſt Concilium Lateranenſe, ſiue Decretum Vrbani II. in Concilio Claramontenſi, laici ſemper fuerint decimarum incapaces, ideo quando non exhibẽt verum & reale priuilegium, duo ſupradicta copulatiue probare tenentur, videlicet immemorabilem vſum percipiendi, & famam Apoſtolici priuilegij, quæ excludit præſumptionem vſurpationis.

Tertio reſpondetur, quod licet iſta doctrina, quæ traditur in materia decimarum poſſet applicari ad caſum de quo agitur, quod tamen non admittitur, quia magis reſiſtit laicis iudicare

dicare

dicare Clericos,quam percipere decimas, adhuc tamen non poteſt Senatui ſuffragari,cum nulla immemorabilis ſit probata,immo nec probari poſsit,ex quo Senatus edidit priuilegia Apoſtolica omnem immemorabilem,& vſum immemorabilis excludentia,vt late ſupra deductum fuit.

Quartum argumentum proponitur de Principe aſſerente ſic facere ex priuilegio,& ei credendum eſſe,ad quod allegatur Baldus in l.exemplo. ad finem.C.de probat. & Flaminius Pariſius de Reſignat.lib.8.quæſt.11.

Reſpondetur tamen primo, falſum eſſe credi oportere Principi aſſerenti ſe habere priuilegium ad puniendum Clericos ex doctrina Baldi in l. exemplo.C.de probat. Quoniam cum ibi Baldus dixit, credendum eſſe Cardinali Legato de latere aſſerenti ſe habere ſpeciales commiſsiones, verbi gratia,ad legitimandum,vel reſtituendum famæ,& proceſsit ad executionem illarum, Litteræ tamen Apoſtolicæ non apparent,loquitur ad effectũ, vt actus geſtus valeat ratione præſumptæ veritatis: quia cum publice & pluries fecerit huiuſmodi actus,præſumitur habere mandatum,quod aſſerit.Sed articulus de quo agitur, non verſatur in prædicta facti ſpecie, in qua agitur de actibus exercendis per laicos, quorum ipſi ſunt penitus incapaces: Vnde non creditur cuicumque perſonæ quantumcumque nobiliſsimæ, quod habeat tale priuilegium. cap. lectis.63. diſtinct.cap. nobiliſsimus.ibi: *licet numquam Apoſtolicæ Sedis moris fuerit*. vbi notant gloſſa, & Doctores.l.1.C.de mandat.Princip.l.prohibitum.C.de iure Fiſci. lib.10. Gloſſa in cap. ad Apoſtolicæ. in verbo. *proponi*. de re iudica.lib.6.

Falſum eſt aſſerere credendũ eſſe Principi aſſerenti,ſe habere priuilegiũ ad puniendos Clericos.

Secundo reſpondetur contraria,quibus perſuadetur credi alicui aſſerenti aliquid ſe poſſe facere, regulariter procedere in eo,qui poteſt aliquid exercere non repugnante iure: ſecus autem in eo,qui ad illud exercendum indiget priuilegio, & commiſsione particulari, conceſſa ab eo, qui illam dare poteſt: quo caſu non creditur aſſerenti, habere tale priuilegiũ, vel talem facultatem, niſi litteris exhibitis. dicta.l.1. C. de mandat. Principum.l.probatorias.C. de diuerſis offic. lib.12. Ioannes Andr. in cap. ad eminentiã. nu.1.de ſentent. excommunicat. & in cap. conſtitutus.nu.4.de appellat. & in cap.1.

Allegata in cõtrarium procedunt in eo, qui iure non repugnante, poteſt aliquid exercere.

 nu.2.

anno.800. vt Blondus,Sabellicus, & Sigonius dicunt, tempore Leonis Papæ Tertij,diuiſis Prouincijs inter Carolum Magnum & Nicephorum,Carolus Magnus Imperium Occidentale habere cœpit: Nicephorus autem Orientale, ſiue Græcum Imperium retinuit: Cæterum Veneti dimiſſi fuerunt in ſua libertate,vt teſtantur Blondus lib.1. Decade. 2. & Sabellicus lib.2. Rerum Venetarum.

Ex hac Chronologica narratione infert Conſulens, *Quod ſicut eo tempore Imperatores cognoſcebant de cauſis criminalibus ſupra Clericos: ſic quoque Veneti, remiſſa leuium & maiorum cognitione ad Iudices Eccleſiaſticos, criminalium cognitionem pro criminibus ſæcularibus grauibus, & atrocibus & maximis retinuerunt, & continuauerunt vſque in hanc diem, non obſtante edictali conſtitutione Federici ſecundi, qui Venetis liberis à iugo poteſtatis Imperatoriæ præiudicare non potuit.* Atque hæc eſt illius Conſulentis, & Chronologia,& ratio mirabilis,quæ licet multa diſputandi occaſionem præberet, nos illis omiſſis, & in aliud tempus reiectis, ea tantum breuiter recenſere decreuimus, ex quibus iſtius argumentationis cauillus detegatur.

Primo ergo dicimus, falſo principio niti Cõſulentem perſuadere conantem,Clericos à priuilegijs Imperatorum ſuam habuiſſe immunitatem, cum eam Iuri Diuino acceptam ferant,vt latiſſime ſupra oſtenſum fuit: quam ab initio naſcentis Eccleſiæ vindicaſſe Epiſcopos, notum eſt ex multis Romanorum Pontificum ſanctionibus, & ſacrorum Conciliorum Decretis, quæ paulo antea initio confutationis huius tertij capitis recenſuimus, ex quibus patet ante conditas Venetias,multis legibus Eccleſiaſticis, cauſas criminales Clericorũ à Iudicibus Eccleſiaſticis iuſſas fuiſſe diſcuti,& iudicari: & Chriſtianos Imperatores in eam ſententiam conſenſiſſe, quam latis legibus roborauerunt,vt Valentinianus,Theodoſius, & Arcadius, quorũ lex recenſetur lib.16.Codicis Theodoſiani. in fine tit.de Epiſcopal. iudic. Ex qua Ioannes XXII. in Conſtitutione contra Marſilium de Padua, & Ioannem de Ianduno collegit, iam olim Chriſtianos Imperatores a iudicio criminali laicorum abſtinuiſſe, ſicut abſtinuiſſe quoque veriſimile eſt Rempublicam Venetam:tum vt imitaretur Imperatores, quibus erat ſubiecta vt conſulens confitetur,tũ vt Catholicæ Eccleſiæ legibus communicaret; nam non eſt

Falſum eſt aſſerere, Clericos à priuilegijs Imperatorum habere ſuam immunitatem.

tutum

tutum aſſerere, Principem in Chriſtiana Republica regnantem velle ab Eccleſia Dei libertatem prætendere: cum nulla maior libertas eſſe poſſit, quam Eccleſiæ ſeruire, & eius legibus obtemperare: quia vbi eſt Eccleſia, ibi eſt libertas, quam violare non licet. Ioannes Lopez tract. de libertat. Eccleſiaſtica. par. 1. quæſt. 8. nu. 2. in fine. Et ſicut non eſt fas dicere, *Rempublicam Venetam nunquam fuiſſe Sedi Apoſtolicæ ſubiectam*: Sic non licet aſſerere, *Eam non debere ſacris eius legibus de immunitate Clericorum obedire:* quoniam ſi de Ouibus Chriſti eſt Reſpublica Veneta, ſicut reuera eſt, & vere continetur ſub illis verbis Domini ad Petrum: *Paſce oues meas*: Neceſſe eſt vt ſacras eius leges recipiat, quibus competentia paſqua fidelibus miniſtrantur.

Ex eo quod Chriſtiani Imperatores ſuper exemptione Clericorum priuilegia conceſſerunt, non infertur eos legitime vnquã ſub Imperatorũ iuriſdictione extitiſſe: quoniam nihil de nouo contulerunt, ſed ſolum ius quod iam diuinitus cõpetebat declarauerunt.

Secundo ad omnem æquiuocationem, & fallaciam tollendam dicimus, quod licet ſæpe Chriſtiani Imperatores leges ediderint de priuilegijs, & exemptione Clericorum; non tamen inde infertur Clericos ſub Iuriſdictione ſæculari legitime vnquam extitiſſe: quoniam leges illæ, vt Clerici à ſolis Epiſcopis iudicarentur, non contulerunt nouum aliquod ius, vel priuilegium: ſed ſolum declarauerunt ius, quod Clericis competebat: ſic enim vere cenſuit gloſſa communiter recepta in cap. ſi Imperator. in verbo: *& diſcuti.* 96. diſtinct. quam laudant ibi Præpoſitus nu. 1. & Zabarella in cap. perpendimus. nu. 5. de ſentent. excommunicat. & Felinus in cap. 2. de maior. & obed. nu. 1. & Nauarrus in cap. nouit. de iudic. notabili. 6. nu. 30. verſ. *Ex prædictis tamen.* Vbi eam gloſſam appellat *ſollemnem*, & affirmat tam à Theologis, quam à Iuriſperitis communiter receptam. Vnde Baldus in Authen. Statuimus. in principio. C. de Epiſcop. & Cleric. vere notauit: *Nullam perſonam Eccleſiaſticam poſſe trahi ad iudicium Iudicis ſæcularis: & omnia iura vetera, quæ contrarium permittebant, eſſe correcta: Quoniam vt dicant Canoniſtæ hoc non eſt ius nouum, ſed eſt recedere ab errore veterum legum: quia Clerici nunquam fuerunt de iuriſdictione temporali Iudicum laicorum: & iſta, inquit, eſt veritas. Quia Deus à principio iſtas iuriſdictiones diſtinxit. cap. cum ad verum. 96. diſtinct. & not. in Authentico. Quomodo oporteat Epiſcopos.* Hactenus Baldus.

Decuit autem initio naſcentis, & creſcentis Eccleſiæ, &

alias

alias ſæpe, Principes ſæculares ſuis legibus priuilegia Clericorum, & Eccleſiæ immunitatem declaraſſe: nam licet priuilegium fori,& Eccleſiæ libertas eſſent de iure diuino,vt late ſupra oſtenſum fuit, id tamen quoniam in primis illis ſæculis,& quaſi in ipſius Eccleſiæ infantia parum notum erat, & Principes ſæculares & eorum miniſtri, quamuis Chriſtiani, arbitrarentur ſe indiſtincte ſuper omnes Reipublicæ perſonas habere iuriſdictionem, & in eas iudicia criminalia exercere, ſicut Gentiles Imperatores, & tyrannos exercuiſſe cognouerant: ideo tum à Romanis Pontificibus: tum ab Epiſcopis Prouinciarum edocti Eccleſiarum iura, & perſonarum Eccleſiaſticarum priuilegia, quæ cum ad familiam Chriſti pertinerent,non erant amplius ſub eorum iuriſdictione,leges tulerunt,quibus id declarauerunt, & vetuerunt, ne Magiſtratus ſæculares in Eccleſias,& earum bona, & in perſonas Eccleſiaſticas manus profanas mitterent. Atque inde factum eſt,vt Eccleſia, quæ primis ſæculis ſuæ poteſtatis, & iuris, quaſi habitum tantum habuit, poſtea ſublatis impedimentis vigore legum Imperatoriarum, plenum vſum, & actum habuerit, & ſua libertate, & iuriſdictione perfecte vſa fuerit. Falluntur ergo qui putant,Clericos fuiſſe quandoque ſub iuriſdictione Principum ſæcularium, cum ſemper ab eorum poteſtate de iure fuerint liberi: licet de facto ob prædictam cauſam à Magiſtratibus ſæculi fuerint iudicati; ſicut ſuperioribus ſæculis ſimili argumento deceptus idem prætendebat Henricus Angliæ Rex eius nominis Secundus, cui in eiſdem terminis reſpōdit Rota in prædicta deciſ.10.nu.4. de conſuetud. in antiq. quæ propoſitum articulum contra Conſulentem declarauit: vt mirandum propterea ſit ab eo pro ſua opinatione fuiſſe allegatam.

Initio naſcentis, & creſcentis Eccleſiæ, quādo eius immunitas nondū erat ſatis nota, cur oportuit Principes Chriſtianos latis legibus eam declarare.

Tertio & poſtremo animaduertimus, inſigniter erraſſe Conſulentem in concluſione collecta ab hiſtoria,quam recitat de diuiſione Imperij Orientalis,& Occidentalis dum ait, *quod cum vel anno 776. ſecundum gloſſam in cap. venerabilem. de electiion. vel anno 800. iuxta Blondum, Sabellicum,& Sigonium,Imperium Occidentale diuiſum fuerit ab Orientali, & eo tempore Veneti dimiſſi fuerint in libertate, ipſi de cauſis criminalibus Clericorum pro criminibus ſæcularibus, grauibus, & atrocibus cognoſcere continuauerunt, ſicut*

Inſignis Conſulentis lapſus in concluſione collecta de diuiſione Imperij Orientalis, & Occidētalis.

antea

antea Imperatores cognoſcebant. Quoniam dato, quod eo tèmpore ſui quaſi iuris effecti Veneti, nullius poteſtati ſubiecti remanſerint: tamen non eſt verum ſemper Imperatores Orientales de cauſis criminalibus Clericorum cognouiſſe iuxta conſtitutiones Iuſtinianeas, vſque ad annum 1485. Quia eſto, quod Iuſtinianus contra maiorum ſanctiones de facto, non de iure id iudicium arripuerit, Heraclius tamen Imperator, qui anno 611. in Oriente regnare cœpit, lege lata cuius Græce initium eſt: οὐκ ἁλουργὶς, Latine, *non purpura*: confirmauit Epiſcopis, & Clericis, & Monachis conceſſa ipſis à ſuperioribus Imperatoribus priuilegia, quod neque ciuiliter, neque criminaliter conueniri deberent: de nouo addens, vt Ciuiles, aut Militares Magiſtratus, nullum aduerſus eos aditũ haberent: verba illius conſtitutionis Latinitati donata huc ſpectantia ſic habent: *Si vero ad crimina tendant, quæ hic alicui ſacerdotali perſonæ inferuntur: ſiue tua ſit diæceſis, ſiue alterius, vt apud ſolam beatitudinem tuam, & ab ea delegatos, eorum examinatio procedat, ſancimus: vtque ſi accuſatio aduerſus tales inſtituta, liquido probetur, vel ipſiſmet ea ſæpenumero confitentibus, de quibus accuſantur, vel legitime conuictis, ea ſententia ſecundum ſacros Canones in facinoris con uictos feratur, quæ beatitudini tuæ iuſta, & æqua videbitur. Quod ſi putauerit eum, de quo ſententia fertur, acriore dignum exequutione: tum vero eiuſmodi hominem à beatitudine tua ſpoliari habitu, quo indutus eſt, ac Magiſtratibus ciuilibus tradi iubemus, ſtatuta legibus noſtris ſupplicia luiturum: conſimilibus obſeruandis etiam per Prouincias, in quæſtionibus criminalibus*. Hæc ibi. Recenſetur integra hæc conſtitutio ab illis auctoribus, qui ius Orientale proximo ſuperiori ſæculo collegerunt, & digeſſerunt: quod ſcire oportuit, ne falſis commemoratis hiſtorijs, in re præſertim grauiſſima decipiantur incauti. Ex titulo autem huius Heraclianæ Conſtitutionis conſtat, ab alijs Imperatoribus idem priuilegium fuiſſe conceſſum, vt propterea vere affirmare oporteat, alienum à vero eſſe, quod iudices Orientales retinuerint in criminalibus iudicium ſuper Clericos iuxta Conſtitutiones Iuſtinianeas vſque ad annum 1485. Quo tèmpore in perſona Conſtantini Paleologi vltimi Imperatoris, Græcorum Imperium finem accepit. Et tum ex his, tum ex alijs, quæ breuitatis cauſa conſulto omittimus recenſere, apertiſſime

Falſum eſt Imperatores Oriẽtales ſemper vſque ad annũ 1485. iuxta Conſtitutiones Iuſtiniani, cognouiſſe cauſas criminales Clericorum.

Conſtitutio Heraclij Imperatoris declarantis & liberantis Clericos à iudicio criminali laicorũ.

ſime conſtat, Venetos neque ex iure Orientali, neque ex moribus Orientalium Imperatorum præſcribere potuiſſe prætenſam conſuetudinem iudicandi Clericos in Criminalibus: cum Imperatores, latis legibus, eam conſuetudinem à ſe abdicauerint, & Epiſcopis, quibus de iure diuino ea cognitio competebat, reſtituerint.

De Occidentali Imperio idem iudicium eſt: nam Carolus Magnus, cuius tempore ad annos Domini 800. Reipublicæ Venetæ fertur cœpiſſe libertas, non conceſſit Venetis iudicium criminale ſuper Clericos: nam præterquã quod propter defectum Iuriſdictionis illud concedere non potuit, non eſt veriſimile, id pium illum Imperatorem conceſſurũ fuiſſe Venetis, cuius contrarium ipſe conſtituit, atque in Dominio ſuo ſeruari voluit. Videantur capitula Caroli Magni lib. 1. cap. 38. vbi ſic ſcriptum extat: *Vt Clerici Eccleſiaſtici Ordinis, ſi culpam incurrerint, apud Eccleſiaſticos iudicentur, non apud ſaeculares.* & lib. 5. cap. 237. Vbi ſic cautum legitur: *Sancitum eſt, vt nullus Epiſcopum, aut ſacerdotem, vel Clericum apud Iudices publicos accuſare præſumat, ſed apud Epiſcopos.* Et lib. 6. cap. 154. incip. *Vt nullus Iudicum.* & cap. 155. incip. *Nullus ex ordine Clericorum.* & cap. 156. incip. *Si quis ſæcularium.* vbi imponitur pœna & Clericis adeuntibus iudicia ſæcularia, & Iudicibus ſæcularibus Clericos iudicare præſumentibus.

Carolus Magnus nec cõceſſit, nec concedere potuit Venetis iudicium criminale ſuper Clericos.

In Regno Angliæ, quidquid Henricus ſecundus prætenderit, certum eſt Eduardum tertium Anno. 1344. Clerum Anglicanum ab ea ſeruitute liberaſſe, & conſtituiſſe, ne a Iudicibus ſæcularibus diſtringeretur, vt teſtatur Thomas de Vvalſingha in Annalibus Angliæ anno. 1344. §. *Clerus Anglicanus*. In hæc verba: *Rex conceſſit quod nullus Clericus ſit Arreynatus coram Iuſtitiarijs noſtris, ſiue ad ſectam noſtram, ſiue partis, ſi Clericus ſua Clerimoniæ ſe ſubmittat, dicens, ſe membrum eſſe Eccleſiæ, & non debere ipſis Iuſtitiarijs reſpondere.* Hæc ibi.

In regno Angliæ Clerus à iudicio ſæculari liberatus.

In Hiſpania Reges nullo vmquam tempore iudicare Clericos prætenderunt, quinimmo multis Conciliorum Toletanorum Canonibus conſtat, criminale iudicium Clericorum, etiam ſuper delictis grauiſsimis, & atrociſſimis ad forum Eccleſiæ, & legitimos Eccleſiaſticos Iudices fuiſſe reiectum, vt probatum fuit ſupra in ſecundo articulo confutationis huius

Hiſpaniæ Reges neque pro atrociſſimis delictis Clericos iudicare prætenderunt.

capitis. verſ. *nec refert*. Vbi amplius fuit demonſtratum, Reges Hiſpaniæ, eos ſacros Canones in cauſis contingentibus venerabiliter oſeruaſſe.

Imperatores Germaniæ Ecclesiarum, & perſonarũ Eccleſiaſticarum immunitati cõſuluerunt.

De Imperatoribus Germaniæ ſufficit breuiter commemorare, quod ſupra latius docuimus, Federicum Secundum, Carolum Quartum, & Sigiſmundum multis pijs Conſtitutionibus, quas multi Romani Pontifices approbauerunt, & confirmauerunt, Eccleſiarum immunitatem, & priuilegia Clericorum confirmaſſe: Nec doceri Venetos ab eis exemptos, qui licet dicant, ſe nullo modo obedire Principi Romano, nec ſuis legibus viuere, cum tamen negare non poſſint id facere ex priuilegio Imperatoris, & illam libertatem habere ſe dicant ab Imperio Romano, vt inquit Bartolus in l.hoſtes. nu.4 ff.de captiuis & poſtlimin. reuerſis. & Albericus de Roſate in l.cunctos populos. nu.19.C.de ſumma Trinit. & Fide Catho. vbi dicit, *ſe vidiſſe priuilegium exemptionis conceſſum Duci & ciuitati Venetiarum bullatum Bulla aurea*: non poſſunt prætendere maiorem poteſtatem circa iudicia criminalia Clericorum, quam habeant Imperatores, qui eam à ſe, vt facere tenebantur, abdicauerunt, & Eccleſiæ, cuius erat, reſtituerunt. Cum ergo, vt inquit Bartolus in dicta l.hoſtes.num.4. Veneti ſuam libertatem ab Imperio Romano habeant, & priuilegio quodammodo precario ab eo teneant, ne priuilegium amittere mereantur, pie & fideliter ſtudeant Eccleſiæ reddere, quæ ſunt Eccleſiæ, ſicut boni omnes deſiderant, & in primis Romanus Pontifex propter illius Reipublicæ conſeruationem, vehementer optat.

Reipub. Venetæ libertas ab Imperatore.

Agen-

Agendum eſt poſtremo loco de alio eiuſdem Senatus decreto, quo ſub die 23. menſis Maij. anni. 1602. ſumpta occaſione ex quadam lite, ſeu controuerſia, quæ inter Doctorem Franciſcum Zabarellam ex vna, & Monachos Monaſterij de Praglia nuncupatos Ordinis ſancti Benedicti Congregationis Caßinenſis, aliàs ſanctæ Iuſtinæ de Padua, ex parte altera, agebatur, decreuit, non ſolum, vt prædicti Monachi tunc, aut deinceps vllo vmquam tempore actionem, per quam ſub quouis titulo, aut colore in bonis Eccleſiaſticis emphiteoticis à laicis poſſeßis præferrentur, prætendere, ac etiam iure prælationis, ſeu conſolidationis directi cum vtili dominio, aut extinctionis lineæ in primis inueſtituræ comprehenſæ, aut alia quauis cauſa bonorũ prædictorum proprietatem ſibi vendicare minime poſſent; ſed tantummodo ius directi dominij illis præſeruatum eſſet; verum etiam vt id ipſum quoad cæteras omnes perſonas Eccleſiaſticas, ſæculares, & Regulares, Monaſteria Monialium, Hoſpitalia, & alia loca pia in eorum temporali dominio exiſtentia declaratum, & firmiter deliberatum cenſeretur.

Confutatio illius decreti, ne bona emphyteotica ad Eccleſias & pia loca amplius reuertantur.

Quamuis enim Conſulentes patentem decreti iſtius iniuſtitiam agnoſcentes, illud defendere omiſerint, quod ſatis eſſe poterat ad illius reprobationem, nihilominus ne ſilentium veritati præiudicare videretur, illud cum alijs confutare decreuimus, oſtendentes:

Primo, in genere tamquam contra libertatem Eccleſiaſticam, & iuſtitiam Eccleſiæ, eſſe inualidum.

Secundo, magis in ſpecie per iura expreſſe hoc decretũ damnantia.

Digitized by Google

Tertio, non ideo ſuſtineri quod præſeruet Eccleſijs, & locis pijs ius directi dominij ſolũ de vtili diſponendo. Quarto, rationes & argumenta, quibus videtur illud poſſe muniri, nullo modo ſubſiſtere.

Statuta laicorũ ſuper rebus & perſonis Eccleſiaſticis ob defectum poteſtatis non ſubſiſtunt.

QVod attinet ad primum caput, huc referri poſſunt, quæ late ſupra deducta fuerunt contra primum, & ſecundum decretum, vnde conſtat ſtatuta laicorum ſuper perſonis, & rebus Eccleſiaſticis ex defectu poteſtatis non ſubſiſtere cap. bene quidem. 96. diſtin. cap. laicis. 16. quæſt. 7. cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de Conſtitut. De iſtis enim cauſis laici neque directe, neque indirecte diſponere poſſunt. cap. ſtatutum. de hæret. lib. 6. & conſequenter nedum ſtatuta eorum eſſe inualida, ſed ſtatuentes præterea ſententiam excommunicationis incurrere, cap. nouerit. & cap. grauem. de ſentent. excommun. Abbas conſil. 83. incip. *præſens dubium.* nu. 2. verſ. *quinimmo ſtatuentes.* lib. 1. & alij ſupra copioſe allegati.

Iniquũ eſt ſtatutum vetans dominium vtile cum directo conſolidari.

Secundo, cum de natura contractus emphiteotici ſit, vtile dominium in emphiteotam transferre, directum vero penes concedentem conſeruare gloſ. in cap. conſtitutus. in verbo: *iuxta ratam.* de relig. domib. quam dicit communiter receptã Abbas ibi nu. 20. & Iaſon in l. 1. nu. 39. C. de iure emphiteut. & Iulius Clarus in §. emphiteoſis. quæſt. 1. nu. 2. & propterea ciuilis poſſeſſio reſideat penes dominũ directum, Iulius Clarus in dicto §. emphiteoſis. quæſt. 25. ideoq. finita emphiteoſi, *vel ob lineam finitam, vel ob mutatam rei formam, vel ob alienationem irrequiſito domino factam, vel ob canonem non ſolutum, vel ob pacta & conuentiones non ſeruatas*, vtile dominium reuertatur ad dominum directum, & cum directo dominio conſolidetur, ita vt tunc directus dominus, & ciuiliter, & naturaliter ſicut ante factam conceſsionem, vere & iure incipiat poſsidere, atque poſsideat, vt late tradunt Legiſtæ in l. 2. C. de iure emphit. & Canoniſtæ in cap. potuit. de locato. & Aurelius Corbulus tract. de cauſis ex quibus emphiteota iure ſuo priuatur, iniquum, & iniuſtum eſt ſtatutum, quo tot iura, & leges violantur.

Ter-

Tertio, quia per huiuſmodi decretum, nedum aufertur Eccleſijs ſpes illa caducitatis, ſiue conſolidationis vtilis cum directo, verum etiam ius iam radicatum, & quæſitum ad vtilis recuperationem, & conſolidationem cum directo, quod habebat Eccleſia tempore, quo ſua bona immobilia in emphiteoſim conceſsit, tunc enim ex natura ipſius contractus, & ex conuentione expreſſa directum ſibi dominium reſeruauit, & ciuilem poſſeſsionem retinuit, & vtile tantum ſub pactis conuentis, & conditione caducitatis in emphiteotam ttanſtulit: quare decretum auferens Eccleſijs ſpem caducitatis, & effectum conſolidationis, aperte oppugnat Eccleſiaſticam libertatem, cum ius gentium, & ciuile, quibus iſta dominia acquiruntur, ſimul ſubuertat.

Iniuſtum ſtatutum & contra Eccleſiæ libertatem: cum ius gentium & ciuile ſubuertat.

Quarto idem hoc decretum repugnat iuri gentium, cum Eccleſias priuet iure ipſis competente, & valde eas lædat circa dominium rei propriæ, quod eſt de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. ff. de acquir. rerum domin. §. ſingulorum. inſtit. de rerum diuiſ. tollit enim ius quæſitum ex conſenſu partis, quod eſt de iure gentium, quod Princeps tollere non poteſt Paulus de Caſtro conſil. 317. incip. *viſo & examinato puncto*. nu. 5. lib. 1. Socinus ſenior conſil. 164. incip. *viſa Bulla Bonifacij*. nu. 16. verſ. *quintus caſus*. lib. 2. & alij quos refert, & ſequitur Crauetta conſil. 103. incip. *viſis multiplicibus proceſsibus*. num. 15. vbi affirmat omnes Doctores nemine diſcrepante in hoc conuenire, quod Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere ius quæſitum de iure gentium mediante partis conſenſu: licet enim Deus leges Principibus ſubiecerit, non tamen ea quæ ſunt iuris gentiũ, Baldus in cap. 1. §. final. num. 2. qui feudum dare poſſunt. Rolandus conſil. 9. incip. *Quod dominus*. nu. 4. & 5. lib. 2. quia potentius eſt ius gentium, quam ius Principatus. Principes vero non poſſe præiudicare in iure quæſito ex contractu, occaſione prorſus ſimilis articuli tradunt conformiter Canoniſtæ in cap. quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut. & probatur in l. ſi donationem. C. de reuocan. donat. & in l. 3. C. de reſcind. vendit. & in iure quæſito ex contractu inueſtituræ tradit Decius conſil. 410. nu. 22. lib. 2. Ruinus conſil. 36. nu. 17. lib. 1. Alciatus conſil. 6. nu. 18. lib. 3.

Princeps non poteſt tollere ius quęſitum de conſenſu partium.

Quinto eſt etiam contra magis communem, & receptam Doctorum ſententiam affirmantium, *quod quando emphiteuſis eſt finita per extinctionem lineæ primæ inueſtituræ, vel propter pacta non ſeruata, vel alio quocumque titulo, & modo, ita vt fiat locus deuolutioni ad eamdem Eccleſiam dominam, & conſolidationi dominij vtilis cum directo*: tunc ſi Eccleſia vult pro ſe retinere, non eſt cogenda reinueſtire ſucceſſores, vel proximiores emphiteutæ defuncti, vel alios extraneos. Panormitanus in cap. Bonæ. il 2. nu. 28. de poſtulat. Prælat. Romanus conſil. 22. num. 5. Gozadinus conſil. 86. nu. 24. Curtius ſenior conſil. 47. nu. 10. Ruinus conſil. 152. in fine lib. 1. Iulius Clarus in §. emphiteuſis. quæſt. 43. nu. 3. verſ. *ſed quid ſi Eccleſia*. Antonius Gabriel tit. de iure emphiteut. concluſ. 1. nu. 14. & quidquid aliqui doctores ſenſerint, pro hac parte ſunt multæ deciſiones Rotales, & ſignanter apud Verallum deciſ. 303. incip. *Emphiteuſis*. & 304. incip. *Emphiteuſis finita*. par. 1. vbi circa finem. verſ. *quam concluſionem*. Rota hanc ſententiam vocat *magis communem*. In hoc autem caſu Senatus Venetus vigore ſuæ ordinationis nedum cogit Eccleſiam reinueſtire, ſed perpetuo prohibet, ne poſſit rehabere vtile dominium. Vnde ſimilia ſtatuta in indiuiduo tum ex defectu poteſtatis: tum tamquam edita contra Eccleſiaſticam libertatem reprobauerunt inſignes Doctores, in quibus ſunt Panormitanus conſil. 72. incip. *in negotio Guidonis*. in principio. lib. 1. contra capitula quædam inita inter commune Vrbini, & Eccleſiam eiuſdem Ciuitatis ſuper iure emphiteutico. Berous conſil. 104. incip. *requiſitus in hac cauſa*. nu. 4. & ſeq. contra quandam concordiam inter Prælatos, & Clericos ex vna, & ciues Rauennæ ex altera parte. Idem Berous conſil. 107. incip. *viſo inſtrumento*. nu. 10. lib. 1. contra concordiã ſiue ſtatutum Rauennæ, vbi allegat Canones ſupra citatos. & vtrobique concludit nullius momenti eſſe concordiam initam inter Clericos & laicos, quod finita emphiteuſi Eccleſia teneatur proximiores reinueſtire, quia talis concordia Eccleſijs eſt multum damnoſa, & præiudicialis. Corbulus tract. de Emphit. tit. de de cauſa priuat. ob non ſolutum canonem. limitat. 3. nu. 3. vbi alios allegat. Decius in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 182. verſ. *ſecundo infertur*. de Conſtitut. vbi ex vera ſententia Panormitani cenſuit, non valere ſtatutum Senarum,

Emphyteuſi finita, ſi Eccleſia vult pro ſe retinere, non poteſt cogi reinueſtire.

Inſignes Doctores reprobauerunt ſtatuta decreto Veneto ſimilia.

narum,

narum,quod conducens apothecam etiã Eccleſiæ, vel Clericorum ſoluta penſione,non poſſet expelli. Et in ſpecie quod ſtatuta laicorum non extendantur ad bona emphiteutica Eccleſiæ,tradit Zabarella cõſil.2.& Syluanus conſil.9.nu.25.

Sexto, non poteſt ſuſtineri decretum, cum auferat perſonis Eccleſiaſticis,quæ illis competunt de iure communi Bartolus & communiter Doctores in Authen. *Caſſa & irrita*. C. de ſacroſan. Eccleſ. Innocentius & communiter Canoniſtæ in cap.nouerit.de ſenten.excommun.Nam cum de iure communi liceat Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis iuris ſolemnitatibus ſeruatis bona ſua immobilia in emphiteuſim concedere.Authen.hoc ius porrectum.& ſeq.C.de ſacroſan.Eccleſ. quas refert Gratianus in cap.ea enim.§.hoc ius porrectum.& ſeq. 10. quæſt. 2. per huiuſmodi decretum id facere prohibentur,cum inde & ſpe caducitatis fruſtrentur,& conſolidatione vtilis dominij cum directo priuentur: nulla enim erit Eccleſia, quæ cum tam graui præiudicio bona ſua laicis in emphiteuſim concedere audeat, quo præiudicio inſpecto, Doctores ſupra citati huiuſmodi ſtatuta reprobauerunt.

Contra Eccleſiæ libertatem eſt decretum: cum ei auferat iura de iure communi competentia.

Demum cum contra libertatem Eccleſiæ ſint ſtatuta,quibus cauetur ne liceat Eccleſijs immobilia acquirere, vt latiſſime ſupra in confutatione primi decreti probatũ fuit,multo magis iniqua, & contra eamdem immunitatem cenſenda erunt illa, quæ auferunt Eccleſijs non iura quærenda, ſed quæſita, & radicata, & quæ per acquiſitionem ſemel Eccleſijs applicatam, tamquam Domino conſecrata effecta fuerunt Sancta Sanctorum. cap. nulli liceat. & cap. prædia. 12. quæſt.2.

SEd adhuc ex ſecundo capite confutationis huius decreti patet euidentius eius nullitas, & iniuſtitia, eſt enim expreſſe contra ſacras Eccleſiæ ſanctiones antiquas, & recentiores. Et ne vagari per generalia videamur, *Synodus iij. Romana ſub Symmacho Papa.cap.3. & 4.* cuius fragmentum refert Gratianus in cap. non liceat.12. quæſt.2. in terminis emphiteuſis ſub graui anathemate ſanciuit, *ne liceret prædium ruſticum quantacumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuſlibet iura transferre, neque in*

Decretum inualidum & iniquum contra ſacros Canones veteres & recentiores.

con-

contrarium acta poſſunt obtentu neceſſitatis excuſari: neque aliquis Clericorum, vel laicorum poteſt ſub prætextu neceſſitatis accepta tueri. addit præterea Synodus, *id obſeruandum non ſolum in Apoſtolica Eccleſia, verum etiam in vniuerſis Eccleſijs per Prouincias conſtitutis.* Non licebit ergo ſæculari Senatui, quod non licere Præſulibus Eccleſiarum ſancta Synodus iudicauit.

Nec dicatur Venetias tunc iam præſcripſiſſe libertatem, quoniam tempore Symmachi, qui anno. 510. Eccleſiæ Catholicæ præſidebat, Veneti adhuc ex Chronologia Conſulentium Imperatoribus Orientalibus ſubditi erant, & Apoſtolica decreta, ſicut Catholici ſeruare tenebantur.

Concilium Aurelianenſe. Concilium Aurelianenſe tertium circa tempora Vigilij Papæ ad annos Domini. 550. celebratum. cap. 22. *eos, qui res Eccleſiæ debitas horrenda cupiditate occupauerint, retinuerint, aut à non competente poteſtate perceperint, niſi agnito iure Eccleſiaſtico ſtatim Eccleſiæ reſtituerint, tamdiu à communione Eccleſiaſtica ſuſpenduntur, quamdiu reſtitutis rebus, Eccleſiam indemnem reddiderint.*

Concilium Triburienſe. Concilium Triburienſe anno Domini 895. ſub Imperatore Arnulpho à xxij. Epiſcopis Germaniæ celebratum cap. 7. incip. *Quicunque timorem. ſacrilegium facere decreuit eos, qui pecuniam, vel res Eccleſiæ auferrent, & coerceri ſanciuit eos, qui res exteriores Elcleſiæ raperent, vel fraudarent.* Iſta Eccleſiaſtica ſanctione contineri decretum Venetorum exploratum eſſe videtur, cum negari non poſſit, valde bona Eccleſiarum fraudari, dum ad Eccleſias redire prohibentur.

Concilium Turonenſe. Concilium Turonenſe ſecundum circa tempora Pelagij Papæ I. coactum cap. 25. contra pertinaciter res, & bona Eccleſiæ occupantes, & violantes Pſalmum 108. incip. *Deus laudem meam* pronunciari iubet, *vt veniat ſuper illos illa maledictio, quæ ſuper Iudam venit, qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta: vt non ſolum excommunicatus, ſed etiam anathematizatus moriatur, & cæleſti gladio feriatur.*

In eandem ſententiam multorum Conciliorum Canones recenſeri potuiſſent, ex quibus patet quam ſeuerum, & formidabile iuſtum tamen Dei iudicium timere, & expectare debeant, qui bona Eccleſiarum, vel rapiunt, vel fraudant, vel latis legibus violant, quibus nunc conſulto omiſſis alios non minus claros, & apertos recenſere placuit.

Con-

Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. 44. relatum in cap. cum laicis. de rebus Eccleſ. non alienan. *alienationes rerum Eccleſiæ factas prætextu conſtitutionum laicorum, ſiue Principum ſæcularium, nullas & inualidas eſſe decernit, & mandat præſumptores per cenſuram Eccleſiaſticam compelli.* Et ratio Concilij eſt, *quia tales conſtitutiones laicorum, non poſſunt dici conſtitutiones, ſed deſtitutiones, vel deſtructiones, & vſurpationes Eccleſiaſticæ iuriſdictionis.* Et ideo merito ſubiacent cenſuris latis in cap. nouerit. de ſenten. excommun. vt expreſſe notauit Hoſtienſis in dicto cap. cum laicis. nu. 14 in verbo: *per cenſuram*. de rebus Eccleſ. non alienan. loquitur autem ibi Concilium in terminis de iſtis conſtitutionibus, & ſtatutis Principum laicorum, *vel prohibentibus bona reuerti, vel donari Eccleſiis & pijs locis, vel præcipientibus, vt infra annum, vel certum aliud tempus ab Eccleſiis, vel pijs locis bona immobilia ipſis donata, vendantur.* ſic Hoſtienſis ibi nu. 5. ſuper verbo: *de alienatione*. quem alij communiter ſequuntur. quod non obſcure indicauit gloſſa in dicto cap. cum laicis. in verbo: *alienatione*. de rebus Eccleſ. non alienan. vbi terminos illius textus refert ad cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut.

Concilium Lateranenſe ſub Innocen. III.

Intellectus Concilij Lateranenſis relati in cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienan.

In terminis ergo de bonis emphyteuticis eſt Canon expreſſus in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut. vbi *condemnatur ſtatutum ciuium Taruiſinorum, qui conſtituerant, vt ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegaret, alienandi feudum quod ab Eccleſia, vel alijs tenebat, liberam haberet facultatem:* nam Innocentius III. habita notitia illius ſtatuti, *inualidum eſſe decreuit: quia ſine auctoritate perſonarum Eccleſiaſticarum non licuit laicis ſic conſtituere.* Et licet alij Eccleſiaſtici Canones non haberentur, ſolus hic ſufficeret ad hanc quæſtionem dirimendam, & ad condemnandum decretum de quo agitur, quod longe violentius eſt, cum perpetuo prohibeat bona emphyteutica à laicis poſſeſſa, ad Eccleſias dominas directas poſſe redire. quo genere alienationis nihil poteſt in præiudicium Eccleſiarum deterius excogitari.

Sacer canon in cap. quę in Eccleſiarum de conſtit. expreſſe damnat ſtatuta prohibentia reuerſionē bonorum emphyteuticorū ad Eccleſias.

Supradictis accedit Concilium Lateranenſe ſub Iulio II. inchoatum, perfectum autem ſub Leone X. vbi ſeſſ. 10. conſtitutione incip. *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*. omnia huiuſmodi decreta, & conſtitutiones laicorum damnauit, facta expreſſa

Eadem ſtatuta damnat Conciliū Lateranen. ſub Iulio II. & Leone X.

mentione illatum, *quibus laici pro libito voluntatis de rebus Eccleſiaſticis diſponunt, & Eccleſias, vel Eccleſiaſticos ad feuda & bona Eccleſiaſtica in emphiteuſim concedendum, aut alias vendendum compellunt.*

Item Conciliũ Tridentinum.

Quibus omnibus etiam Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 11. incip. *ſi quem Clericorum.* robur addidit, *ſub graui anathemate damnans eos, qui bona Eccleſiæ, vel alicuius pij loci occupauerint, aut vſurpauerint, ſiue ſint iuriſdictiones, ſiue cenſus, ſiue iura etiam feudalia, & emphiteutica.*

Proceſſus Bullæ in cœna Domini eadẽ ſtatuta anathematizat.

Demum proceſſus Bullæ, qui ſingulis annis fieri, & publicari conſueuit in Vrbe Roma coram ſummo Romano Pontifice, Collegio Cardinalium, Prælatis, & Principum Oratoribus, & toto Populo concurrente, in die Cœnæ Domini in §. 15. & 17. apertis verbis idem ſtatutum comprehendit, & damnat dum *graui anathemate percutit condentes ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quanis alia decreta in genere, vel in ſpecie, quibus libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut quouis modo reſtringitur, ſeu Sedis Apoſtolicæ, & quarumcumque Eccleſiarum iuribus directè, vel indirectè, tacite, vel expreſſe quomodolibet præiudicatur.*

Ex his patet iure vetere Eccleſiaſtico, & recentiori veteri conſentaneo, hæc ſtatuta graui anathemate ſemper fuiſſe damnata, quibus neceſſe eſt Ducem & Senatum Venetum obedire debere, præſertim cum ſe à Romana Eccleſia nec latum quidem vnguem velle diſcedere profiteantur. Ea vero cum iure ciuili conueniunt, quo inſpecto Chriſtiani Imperatores in hac facti ſpecie, Eccleſiarum etiam indemnitati conſuluerunt: quoniam Iuſtinianus Imperator in Authen. de non alienan. rebus immobil. Eccleſiar. §. emphiteuſim. vt penes Eccleſias & pia loca ipſarum bona perpetuo conſeruarentur, expreſſe conſtituit, *ne vltra accipientis perſonam, & duos eiuſdem perſonæ hæredes concederentur.* de quo ſunt textus in Authen. ſi quas ruinas. & in Authen. perpetua. C. de ſacroſan. Eccleſ. vbi communiter interpretes.

Decretum etiã eſt iuri ciuili contrarium.

Non poteſt ſuſtineri decretũ ex eo quod ſolum diſponit de vtili dominio.

SVcceſſiue tertio loco videndum eſt, vtrum prædictum ſtatutum poſſit ſuſtineri ex eo quod ſolum diſpoſuit de dominio vtili, Eccleſijs præſeruato iure dominij directi.

Et quamuis circa hunc articulum multa à Doctoribus obſcure,

ſcure,& inordinate commemorati ſoleant, nos breuiter materiam contrahentes,& vtriuſque dominij naturam conſiderantes,cenſuimus neque de dominio vtili potuiſſe, aut poſſe ſtatuentes aliquid valide conſtituere.

Primo,quia dominium vtile nihil aliud eſt, quam effectus directi dominij,quod eſt de iure gentium, vt ait Bartolus in extrauagante: Qui ſint rebelles. in verbo: *rebellando*. verſ.*item quaro quid de dominio bonorum*. quem refert & ſequitur Iaſon conſil.86. incip. *in cauſa*. nu. 14. lib.3. De dominio autem directo non poteſt Princeps diſponere, nec illud à dominis ſine cauſa auferre,ergo nec etiam vtile. Bartolus in l.quicumque. nu.3.verſ. *Item quia*. C.de fundis patrimonialibus.lib.11. & in dicta extrauagante: Qui ſint rebelles. in verbo: *rebellando*. quẽ refert & ſequitur Iaſon in dicto conſil.86. nu.14. vbi ſimiliter argumentando concludit, *quod quia dominium vtile eſt effectus dominij directi, ſicut Princeps non poteſt auferre dominium directum, ita nec vtile*.

Princeps qui non poteſt diſponere de dominio directo rerũ Eccleſiæ, nec poteſt de vtili, quod eſt effectus directi.

Secundo, licet dominium vtile quantum ad vſum & adminiſtrationem pertineat ad emphiteutam ſiue feudatariũ, vt inquit Ioannes Campezius conſil. 2. incip. *Viſo temate*. nu. 36. verſ. *praterea dici poteſt*. inter conſilia feudalia Bruni lib.1. quantum ad eſſentiam vero & naturam eſt Eccleſiæ,& ab ea recognoſcitur, ſicut probat effectus: tum quia pro eo ſoluitur Eccleſiæ penſio ſiue canon: tum quia vigore iuris communis, vel pactorum inter dominum directum & vtilem initorum, *vel propter lineam finitam, vel propter non ſolutum canonem, vel propter alias cauſas*, reuertitur ad Eccleſiam,& conſolidatur cum dominio directo.cap. potuit.de locato.l.2.C.de iure emphiteut. vbi communiter Doctores, conſequenter infertur laicos circa tale dominium diſponere non poſſe. cap. bene quidem. 96. diſtinct. cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan.

Dominiũ vtile quantum ad naturam & eſſentiam eſt Eccleſiæ, licet quantum ad vſum ſit emphyteutæ

Tertio coniunctorum, ſiue connexorum vniformis debet eſſe diſpoſitio, idemq. iudicium. cap. tranſlato. de Conſtitut. cap. præterea. vbi gloſ. de offic.delegat.l.eum actum. ibi: *plane ſi quid connexum fuit*. ff. de negot. geſt. l. proinde ſi ſeruum. verſ. *item cauſa corpori coherentes*. ff. ad legem Aquiliam.l. ſed ſi plures.§.filio. vbi late Iaſon poſt alios. ff. de vulg. & pupillar. l. quid ergo. §. iudicio contrario ibi: *ſi negotijs tutela tempore ge-*

ſtis nexum probatur. vbi gloſ. in verbo. *ante impenſum*. ff. de contraria tutelæ & vtili actione. quem textum ad hanc regulam de connexis probandam ſemper Baldus habebat in ore, vt teſtatur Iaſon in dicto §. filio. num. 4. verſ. *vltra ſcribentes*. vbi addit, quod ſimiliter vnitorum eadem eſt natura. l. etiam ſi fundum. §. huic vicinus. vbi notant Baldus & Angelus. ff. de vſufruct. Aretinus conſil. 29. incip. *diligenter*. dubio. 6. Catellianus Cotta, qui plures allegat in verbo. *connexorum*. Sed inter dominium vtile & directum eſt maxima connexitas, ita vt nec directum ſine vtili, nec vtile ſine directo ſecundum naturam, & eſſentiam conſiſtere poſsit, quinimmo inter ſe mutuo conuertuntur, quia dominium vtile neceſſario præſupponit directum tamquam ſubſtantiam, ſiue ſubiectum cui hæret, & dominium directum reſpicit vtile tamquam partū ſiue fructum ex viſceribus ſuis procedentem, *ergo quemadmodum non valet ſtatutum laicorum ſuper dominio directo rerum Eccleſiarum, ſimiliter non valebit ſuper dominio vtili ratione connexitatis*: ſicut dicitur de iure patronatus, quod à patronis laicis alienari non poteſt propter connexitatem, quam habet cum re ſpirituali. cap. quanto. de Iudic. cap. de iure. de iurepatronat. Et hoc potiſſimum argumento à connexitate deductum Auguſtinus Berous in cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 9. vere & conſtanter aſſeruit, inualidum eſſe ſtatutum laicorum diſponens de dominio vtili Eccleſiarum: & iure quidem cum connexa & coniuncta illa dicantur, quæ ſeparationem non recipiunt, & inſeparabilia pro vno haberi debeant Albertus Brunus tract. de ſtatut. artic. 6. num. 311.

Inter dominiū directū & vtile reſpectu iuris eſt connexitas inſeparabilis, vnde ſicut non valet ſtatutum ſuper directo, nec ſuper vtili valere poteſt.

Hæc autem connexitas inter vtrumque dominium ex eo clare deducitur, quia cum vtile dominium ſit effectus dominij directi, vt paulo antea oſtenſum fuit in primo argumento: Et vtile dominium cenſeatur eſſe quidam vſusfructus, qui ex directo percipitur cap. 1. in fine. Quibus modis feudum amittatur. In vſibus feudorum. Inde conſequitur eſſe quamdam qualitatem directi dominij, & rei ipſius Eccleſiæ à dominio directo ſecundum naturam inſeparabilem, quæ non poſſit eſſe ſine ſubiecto, ſicut dicitur de vſufructu. in l. 2. ff. de vſufruct. & ſicut dicit Porphyrius & cum eo communiter Logici in libello de quinque vocibus

cibus. cap. 4. *de proprio*. verſ. *quartum autem eſt*.

Nec refert quod directum dominium ſit aliquando ſine vtilitate, vel fructu, quia ſatis eſt eſſe aptum ad producendam vtilitatẽ, ſiue fructum, vt *de proprio quarto modo*, dixit Porphyrius præcitato loco.

Nedum natura rei, ſed modus etiam actionis ad conſequendum dominium vtile probat eamdem connexitatem, quia ſicut ad vindicandũ dominium directum datur rei vindicatio, ita ad vindicandum vtile datur rei vindicatio vtilis. l. 1. in fine. ff. ſi ager vectigalis. Berous in dicto cap. quæ in Eccleſiarum. nu. 10. de Conſtitut.

Quarto hoc ipſum probat textus in terminis in cap. *Quæ in Eccleſiarum*. de conſtitut. quem licet Abbas, & quidam alij putauerint intelligendum de alienatione rerum feudalium Eccleſiæ pleno iure, ita vt ſtatutum Taruiſinorum propterea fuerit ibi damnatum, quia ex cauſa inopiæ permittebat res feudales Eccleſiæ alienari quoad directum & vtile dominium, & iſte intellectus in ſe eſſet verus, vt inquit ibi Berous nu. 5. verſ. *primus intellectus*. nihilominus tamen alter intellectus videtur melior, & magis litteræ conuenire, quod *per ſtatutum Taruiſinorum ſolum permittebatur alienari feudum*, hoc eſt, *vtile dominium*: Tum quia in ea Decretali ſimpliciter habetur mentio de feudo, cuius appellatione non directum, ſed vtile tantum dominium continetur cap. 1. in fine. Quibus cauſis feudum amittit. Baldus in præludijs feudorum: Tum quia in dubio ſemper facienda eſt interpretatio, vt ſolum quis poſsit alienare ius, quod habet in re. l. ſerui electionem. in fine. & l. ſi domus. vbi Bartolus, Alexander, & alij. ff. de legat. 1. tum denique quia licet textus in dicto cap. *Quæ in Eccleſiarum*. contra ſtatutum Taruiſinorum nedum vtile, ſed directum etiam dominium comprehenderet, immo vero licet Papa ibi ex eo condemnaſſet illud ſtatutum, quoniam de dominio directo diſpoſuerat, adhuc neceſſario vtile etiam dominium complecteretur, non ſolum propter connexitatem, & inſeparabilitatem, de qua dictum eſt, ſed etiam quoniam dominium vtile emphiteutæ, clientis, vel ſimiliũ, directum agnoſcit, illiq. ſubijcitur. Alciatus in l. ſi quis vi. §. differentia. nu. 12. verſ. *aliud eſt*. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi Zaſius nu. 22. ait

Verus intellectus cap. quæ in Eccleſiarũ. de conſtit. loquentis de dominio vtili.

hoc

hoc vtile dominium obſequi, præſupponere, & concomitari directum dominium.

Quinto ſupradictam ſententiam tamquam veram profeſſi fuerunt inſignes Canoniſtæ in dicto cap. Quæ in Eccleſiarum.de Conſtitut. Baldus, Zabarella, Andreas Barbatia, Berous,& Hippolitus Riminaldus nu.2.verſ. *ſecundus vero intellectus.* & nu.3.& ſeq. Alexander de Neuo num.9. & Alexander conſil.3.incip. *Ex his quæ in themate narrantur.* nu.6. lib.5. Iaſon conſil.227. incip. *pro enucleanda.* nu.21.& ſeq.verſ. *ſecunda ratio eſt.* lib.2. & conſil. 86. incip. *in cauſa.* nu.13. & 14. verſ. *accedat ad prædictorum confirmationem.*lib.3.& Ioannes Campezius conſil.2.nu.34. & ſeq. inter conſilia feudalia Alberti Bruni lib.1.

Inſignes Canoniſtæ & Legiſtæ ſacrum canonem in cap. quæ in Eccleſiarum. intellexerunt de dominio vtili.

Non obſtat quod cum dominium vtile ſit quid mere laicale,nec ſit Eccleſiæ,ſed illius laici qui fuit inueſtitus, poteſt de illo arbitrio ſuo diſponere, ſicut probare conatur Surdus conſil.338. incip. *ſtatuta laicorum.* lib.3. Quia reſpondetur primo,illud conſilium eſſe contra receptam & veram ſententiã Canoniſtarum, quos proxime allegauimus in cap. Quæ in Eccleſiarum. de Conſtitut. quorum argumenta ſupra relata ſunt validiſsima, & præſertim illud quod deducitur ex connexitate inter vtrumque dominium.

Secundo reſpondetur, ad tollendam omnem æquiuocationem, & ambiguitatem, tria eſſe in hoc articulo conſideranda: Primum,dominium directum,quod eſt ſubiectum & præcipuum fundamentum inductum de iure gentium, quo in hoc articulo nititur Eccleſia,& Eccleſiaſticæ perſonæ: Secundum, dominium vtile, quod eſt effectus ſiue fructus prouenìens à iure directo,cuius dominij vtilis natura inſeparabilis eſt ab eſſentia,& quidditate dominij directi,vt ſupra oſtẽſum fuit: Tertium eſt, vſus ipſe, & adminiſtratio dominij vtilis, quæ eſt ſeparabilis à natura vtriuſque dominij. De duobus primis propter rationes ſupradictas nullo pacto diſponere poſſunt laici: tum propter defectum poteſtatis,tum propter præiudicium Eccleſiæ, quia ſi laici poſſent ſtatuere ſuper dominio vtili,& perſonis,quæ debent ſuccedere in feudo Eccleſiæ, ſaltem per indirectum Eccleſia cogeretur habere vaſſallos, quos forte nollet, quod eſt maximum præiudicium,vt voluit Campezius dicto conſil.2. nu.36. & veritate

Diligens & accurata diſtinctio dominij directi, vtilis, & vſus ad tollendam æquiuocationem.

victus

Digitized by Google

victus agnouit etiam idem Surdus dicto conſil. 338. nu. 26. & 27. vbi omnia quæ prius dixerat, vel declarando, vel limitando concluſit, *Principem ſæcularem non poſſe ligare vtile dominium Eccleſiæ, quando ius Eccleſiæ læderetur, ſiue modica, ſiue magna ſit læſio*. De tertio, videlicet de adminiſtratione, & vſu, qui (vt inquit Zaſius in dicta l. ſi quis vi. §. differentia. num. 22. ff. de acquiren. poſſeſſ.) conſiſtit in commoditate temporali, ſiue vtilitate fructuum, diſponere poſſunt laici, & ſic procedunt, & intelligi debent allegata à Surdo dicto conſil. 338. alias non poſſunt defendi.

Tertio reſpondetur, textum in dicto cap. *quæ in Eccleſiarum.* non poſſe admittere eam interpretationem, quam aſſignat Surdus dicto conſil. 338. num. 23. verſ. *textus autem*. videlicet quod loquatur in caſu, quando ius Domini fit deterius, ſed ſtatutum afficere bona Eccleſiæ, quando id facit ſine damno Eccleſiæ: quia iſta interpretatio eſt contra receptam ſententiam Canoniſtarum ibi, & alibi contra receptam ſententiam Doctorum: quoniam ſtatutum laicorum nedum dicitur inualidum ex eo quod continet præiudicium, & damnum Eccleſiarum, ſed potiſſimum ex eo quod laici non habent poteſtatem, ſiue iuriſdictionem ſtatuendi de rebus & bonis Eccleſiarum. cap. bene quidem. 96. diſtinct. & cap. final. de rebus Eccleſ. non alienan. Surdus & eius æquiuocatio detegitur, & ſententia confutatur.

Secundo non obſtat dicere, quod licet inſeparabile videatur dominium vtile à directo, tamen poteſt diuerſo iure cenſeri, eo modo quo vna, & eadem res poteſt diuerſo reſpectu, ratione diuerſarũ perſonarum, diuerſo modo iudicari. l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. ſic enim argumentatur Surdus dicto conſil. 338. nu. 19. & 20. verſ. *connexitas autem*. Vnde vult inferre vnam & eandem rem reſpectu dominij directi eſſe ſub iuriſdictione Eccleſiæ: reſpectu autem dominij vtilis eſſe ſub poteſtate laica: Quoniam reſpondetur primo, connexitatem ſupra firmatam inter dominium directũ, & vtile excludere omnino in hoc caſu laicalem iuriſdictionem: quã non metimur à perſona laici, ſed à natura rei, quæ ſemper remanet Eccleſiaſtica ratione illius inſeparabilis connexitatis, & indiuidualis proprietatis inſeparabiliter dominio directo Directũ & vtile dominium qualiter non poſſint diuerſo iure cenſeri.

inhæ-

Digitized by Google

inhærentis: Itaque licet laicus habeat vſum ſiue adminiſtrationem, & vtilitatem fructuum à dominio vtili prouenientem, non tamen habet ſuper eo directe, vel indirecte aliquam poteſtatem, vel iuriſdictionem. Et quia hanc inſpectionem minus aſſequutus fuit Surdus, & qui cum eo ſentiunt, lapſi ſunt metientes iudicium non a natura, & proprietate rei, & iuris dominij vtilis, ſed a perſona, cui conceſſum fuit dominium vtile rei ad Eccleſiam pertinentis.

Tertio non obſtat exemplum deductum ex natura poſſeſſionis, & proprietatis, inter quas licet adſit connexitas, illa tamen non impedit, quin de poſſeſſione cognoſcere poſſit laicus, tametſi proprietas, ſiue res ſit ſpiritualis, ſiue Eccleſiaſtica, cum rei poſſeſſio temporalis eſſe dicatur. Guido Pape deciſ. 1. cum alijs allegatis a Surdo in dicto conſil. 338. num. 22.

Maior connexitas inter directum & vtile dominium, quã inter poſſeſsionẽ & proprietatem.

Quoniam reſpondetur primo cum Beroo in dicto cap. *Quæ in Eccleſiarum*. de Conſtitut. nu. 13. maiorem conformitatem, ſiue connexionem eſſe inter directum, & vtile dominium, quam inter poſſeſſionem, & proprietatem: quia poſſeſſio penes aliquem ſine proprietate conſiſtere poteſt, & viceuerſa. l. 1. ff. vti poſſidetis. & maxime cum poſſeſſio, & proprietas nihil inter ſe commune habeant. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. At dominium vtile cum *ſit proprietas quarto modo* dominij directi, non poteſt ab eo ſeparari, vt paulo antea dictum fuit.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere de poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ.

Secundo reſpondetur, veram ſententiam eſſe, quæ aſſerit, iudicem laicum non poſſe cognoſcere de poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ. Berous in Rubr. de iudic. nu. 51. Crauetta conſil. 258. nu. 8. Menochius tract. de recuperanda. remedio. 15. nu. 215. Couarruuias in pract. quæſt. cap. 35. num. 1. vbi contrariam ſententiam dicit eſſe deſtitutam omni legum, & canonum auxilio. Rota apud Puteum deciſ. 361. lib. 1.

Ex prædictis infertur per inueſtituram, ſiue conceſſionem factam laico de bonis Eccleſiæ, non abdicari ab Eccleſia ius dominij vtilis, & propterea emphyteutas, ſiue feudatarios reſpectu feudi, ſiue rei Eccleſiaſticæ, quam recognoſcunt ab Eccleſia ſub illius manere iuriſdictione, & conſequenter

decre-

Digitized by Google

decretum hoc non poſſe defendi ſub prætextu, quod ſolum diſponat *de dominio vtili, directo Eccleſiis preſeruato.*

HIs ita firmatis reſpondendum eſt quarto loco argumentis, quibus ſuſtineri poſſe videtur memoratum decretum: Et primum ad deductum ex prætenſa quadam conſuetudine, quæ adeſſe dicitur in Republica Veneta, *quod bona emphyteutica non reuertantur ad Eccleſias, quamuis linea finiatur, vel Canon debito tempore non ſoluatur:*

Dicitur primo, talem conſuetudinem non probari, neque credendum Principi aſſerenti, eam conſuetudinem extare, per Regulam, *quod in prohibitis, & certo caſu permiſſis, non ſtatur aſſertioni dicentis ſe eſſe in caſu permiſſo.* l. qui teſtamentum. ff. de probat. Iaſon in l. 1. num 60. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio. Natta conſil. 393. incip. *viſo inſtrumento.* num. 8. & ſequen. late Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verbo: *donatione largitus.* num. 89. & ſequen. C. de reuocand. donat. Quod procedit etiam in aſſertione Principis. Decius conſil. 602. incip. *viſo puncto tranſmiſſo.* num. 15. & quando agitur de tollendo iure quæſito de iure gentium, videlicet ex conuentione, non ſtatur aſſertioni Principis, late Decianus qui alios refert conſil. 44. incip. *primo ergo petunt.* num. 117. & ſequen. lib. 4. Quod maxime locum habet in hoc caſu, in quo agitur contra Eccleſias non ſubditas Principi ſæculari: nam non ſtatur aſſertioni Principis contra non ſubditos. Socinus conſil. 27. incip. *in præſenti conſultatione.* num. 5. lib. 3. Pariſius conſil. 15. incip. *circa dubiorum reſolutionem.* num. 26. lib. 4. Decianus dicto conſil. 44. num. 120.

Non eſſe credendum Principi aſſerenti extare conſuetudinē in præiudicium Eccleſiarum.

Secundo reſpondetur, quod licet talis conſuetudo extaret, ea nihil operaretur contra libertatem Eccleſiaſticam: nam eodem morbo, quo decretum inficitur, laboraret, cum omnis conſuetudo, per quam Eccleſia ſuo iure priuatur, dicatur mala, & inhoneſta, & contra libertatem Eccleſiaſticam. Bartolus conſil. 187. incip. *Domini priores.* nu. 2. Abbas in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 30. verſ. *tertio, quia.*

Conſuetudo contra Eccleſię libertatem, non eſt valida.

Non obſtat Baldus conſil. 9. incip. *factum tale eſt.* verſ. *ſurgit hic nouum dubium.* lib. 1. vbi dixit, *valere conſuetudinem, quod*

Reſponſio ad Baldum conſil. 9 lib. 1.

poſſit feudum alienari irrequiſito domino, ſaluo iure directi dominij, ſi eſſet conſuetudo vniuerſalis Eccleſiarum illius diœceſis. quem videtur ſequi Ruinus conſil. 4. lib. 1. Quia reſpondetur primo, Baldum loqui cum multa cautela & prouidentia videlicet, *quando adeſt conſuetudo vniuerſalis Eccleſiarum totius diœceſis, & dummodo Eccleſia ex hoc damnum non ſentiat, vel lucrum ſolitum non amittat, nempe laudemium, vel aliud commodum, quod datur propter licentiam alienandi*.

Secundo reſpondetur, Baldum expreſſe damnare conſuetudinem iuribus Eccleſiæ præiudicantem, *quia eſſet*, inquit, *proxima ſacrilegio: nam quaſi ſacrilegium eſt iura Eccleſiarum vſurpare*. cap. conquæſtus. de foro competen. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. de Conſtitut. & cum Baldus ſe ipſum declaret, non eſt opus eum allegare ad probandam prauam conſuetudinem. & ita etiam Baldum intelligit Ruinus dicto conſ. 4. nu. 6. quando ſcilicet non alienatur aliquod ius Eccleſiæ, nec diſponitur de aliquo iure ipſius, ſed de iure priuatæ perſonæ, & vaſſalli tantum.

Reſponſio ad Panormitanũ. Ad Panormitanum conſil. 72. incip. *in negotio Guidonis*. ſuper ſecundo dubio. nu. 2. verſ. *ſed his non obſtantibus*. vbi tenet, *valere conſuetudinem, vt emphyteuta non poſſit expelli ex ceſſatione ſolutionis canonis:* reſpondetur primo, eum videri ſibi contrarium, vt notauit Ruinus dicto conſil. 4. nu. 7. lib. 1.

Secundo reſpondetur, Panormitanum expreſſe reprobari a Surdo conſil. 338. incip. *ſtatuta laicorum*. num. 23. & 24. Quia ex eius ſententia expreſſe infertur damnum Eccleſiæ, quando emphyteuta non ſoluit canonem: nec ratio eius de modico præiudicio eſt vera, quoniam magnum eſt potius intereſſe, nedum ratione rei, quæ committi non poſſet, ſed etiam ratione Canonis, quem emphyteuta ſoluere non curabit, ſi propter moram, nullam pœnam ſit paſſurus.

Reſponſio ad Socinum. Et eodem modo reſpondetur ad Socinum conſil. 99. nu. 11. lib. 1. vbi dixit, *valere conſuetudinem, quod bona emphyteutica non poſſint ab Eccleſia vindicari, propter non ſolutum Canonem:* quoniã fundat ſe in modico præiudicio, quod tamen eſt notabile, & propter eandem rationem Socinum etiam confutauit Surdus prædicto conſil. 338. nu. 24. verſ. *ſicut & Socinus*.

Rurſus

Rurſus non obſtat, quod apud Vrbinates, Ferrarienſes, & alios Italiæ populos vigeat conſuetudo, *quod neque per omiſſam Canonis ſolutionem, neque per lineam finitam, neque per aliam quamcunque cauſam bona emphyteutica ad Eccleſias reuertantur, neque dominium vtile cum directo conſolidetur*: quoniam reſpondetur primo, iſtas conſuetudines iuribus Eccleſiarum præiudicatiuas vbicumque reperiantur, & vigeant, eſſe damnandas, neque alicuius eſſe momenti, quoniam ſicut in confutatione ſuperioris prætenſionis dictum fuit, contra immunitatem Eccleſiaſticam nulla præſcriptio, nullaq. valida conſuetudo inſtitui poteſt. Conſuetudines quarundam ciuitatum Italiæ, Eccleſiarum iuribus non præiudicare.

Secundo reſpondetur, in quibuſdam vrbibus adeſſe Apoſtolica indulta, quibus circa emphyteuſes Eccleſiaſticas concedendas, certus modus præſcribitur, qui propterea debeat obſeruari: vt Ferrariæ extat Conſtitutio Bonifacij Papæ IX. data Romæ die xiij. Februarij. M. CCCC. XCII. quam Ferrarienſes lib. 2. ſtatutorum cum ſuis declarationibus inſeruerunt, ſuper qua Marcabrunus prolixum conſilium edidit. 26. incip. *viſa inueſtitura*. Senatum autem Venetum nullo Apoſtolico priuilegio muniri, & propterea prætenſam iſtam conſuetudinem tamquam Eccleſiæ præiudicialem, viribus non ſubſiſtere, & à ſacris Canonibus improbari. In aliquot Italiæ vrbibus adeſſe Apoſtolica indulta, quibus carent Veneti.

Ad ſecundum argumentum ex eo deductum à Doctoribus in dicto cap. *Quæ in Eccleſiarum*. de Conſtitut. quod Princeps poteſt ex cauſa per ſuam legem limitare, ſeu interpretari Ius Diuinum, & conſequenter poſſe Principem Venetum ex cauſa rationabili communis vtilitatis laicorum, condere decretum, de quo agitur, quamuis ſacrorum Canonum & Eccleſiæ iuri eſſet contrarium: omiſſis multis diſcurſibus, quibus valde ſe torquent Doctores materiam proculdubio ſæpe plus iuſto intricantes, breuiter reſpondetur, dato ſed non conceſſo, quod Principes ſæculares id facere poſſint, id habere locum in cauſis, & articulis, in quibus habent iuriſdictionem, quales ſunt res profanæ: ſecus autem eſſe in rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, in quibus interpretatio, & declaratio pertinet ad Papam. ſic dixit in terminis Abbas in dicto cap. *Quæ in Eccleſiarum*. quem refert, & ſequitur ibidem Felinus nu. 17. verſ. *ſecundo limita*. Principes in rebus Eccleſiaſticis non poſſunt interpretari aut limitare ius diuinum

Cc 2 Ad

Ad tertium argumentum ex eo petitum, quod ex cauſa rationabili poteſt Princeps ſtatuere contra ea, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium, & ſic valebit in hoc caſu ſtatutum fauore laicorum propter cauſas, quæ mouerunt Principem ad illud condendum: abunde fuit ſupra reſponſum in primo capite confutationis huius decreti in quarto argumento, vbi ex communi Doctorum ſententia fuit firmatum, non poſſe Principem etiam de plenitudine poteſtatis tollere ius quæſitum de iure gentium, mediante partis conſenſu.

Principes à nõ ſubditis non poſſunt res ſuas auferre.

Secundo reſpondetur, Principem, vel habentem iura Principis non poſſe etiam cum cauſa auferre rem ſuam ab eo, qui ſibi non eſt ſubiectus, Paulus de Caſtro conſil. 281. quem refert, & ſequitur Felinus in dicto cap. Quæ in Eccleſiarum. nu. 30. verſ. *tertia declaratio eſt.* & ibidem Decius num. 95. verſ. *tertio prædicta concluſio*. Idem Decius conſil. 407. incip. *viſis, & diligenter conſideratis.* Vnde cum Eccleſia, & res Eccleſiarum non ſubſint poteſtati Principum ſæcularium, non valent eorum ſtatuta quomodocumque concipiantur.

Decretum Senatus licet verbis non exprimat emphyteuſes, re tamen ipſa, eas comprehendit.

Poſtremo de fallaci conatu procedit velle perſuadere decretum Senatus nec verbis, nec ſenſu de bonis emphiteuticis tractare, quoniam cum in eo ſit ſermo de caſibus, in quibus de iure poterat prælatio, vel conſolidatio vtilis dominij cum directo competere, neceſſe eſt fateri emphiteuſes directe comprehendi ex verbis decreti, videlicet; *che li ſudetti Padri di Praglia non poſſano ne al preſente, ne in alcun tempo pretendere attione di eſſere preferiti ſotto qual ſi voglia titolo, à colore ne i beni poſſeſſi da laici, ne per ragione di prelatione, ne per conſolidatione di diretto, ne per eſtintione di linee di prime inueſtiture, ne per qual ſi voglia altra cauſa appropriarſi li beni ſudetti, ſalue però ſempre ad eſſi Padri le raggioni ſue dirette. E l'iſteſſo ſia, e s'intenda dichiarato, e fermamente deliberato di tutti gl'altri Frati, Preti, Hoſpitali, Monache, Chieſe, e luoghi Eccleſiaſtici, cioè di non poterſi appropriare li beni poſſeſſi da laici ſotto alcun preteſto di prelatione come di ſopra.*

Iſtis enim verbis primo directum & vtile dominium expreſſe continentur, & Senatus, *directo remanente penes Eccleſiaſticos, vtile vetat ad eos vmquam poſſe redire*. Rurſus prælatio interdicitur fauore Eccleſiarum, vt vtile dominium ſemper remaneat penes laicos: Præterea conſolidatio vtilis cum dire-

cto vetatur, quæ ſunt proprietates notæ contractus emphiteutici, in quo habent locum *directum*, *& utile*, *prælatio*, *& conſolidatio*, quæ ideo ſingulariter congeſtis Doctorum teſtimonijs non eſt neceſſarium oſtendere, quoniam vel mediocriter in iure verſatis ſunt nota, & ſatis eſt fontes vnde iſta petantur, indicare, videlicet textum in cap. potuit. de locat. & in l. 2. C. de iure emphiteut. vbi Doctores & cæteri, qui de iure emphiteutico ſuperiori ſæculo integros tractatus ediderũt. Tametſi ergo emphiteuſis nomen ſubticuerint ſtatuentes, ſatis eſt aliunde de ipſius contractus ſubſtantia, ſeu de re ipſa conſtare. §. ſi quis in nomine. Inſtitut. de legat. quia cum nomina ſint ſolum impoſita ad recognitionem, vt in dicto §. ſi quis in nomine. & in l. ad recognoſcendos. C. de ingenuis & manumiſſ. ideo ſufficit res qualitercumque cognoſci, vel per ſe, vel per relationem ad aliud. l. certum. ff. ſi certum petat. & nomina ſuperflua reputantur, vbi aliter res demonſtratur, vt docent communiter Doctores in dicto §. ſi quis in nomine. vbi ſignanter Aretinus, Portius, & ibidem in additione ad Portium, Iaſon.

Ita de iure reſpondendum cenſuimus ego Franciſcus Penia Aragonenſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor & Decanus, vtriuſque Signaturæ Referendarius, Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtan. Archidiaconuus Maior, & ſanctæ Romanæ generalis Inquiſitionis Conſultor.

Et ego Alexander Iuſtus Florentinus eiuſdem ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, vtriuſque Signaturæ Referendarius, & ſacræ Pœnitentiariæ Regens.

Et ego Horatius Lancellottus Romanus ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, & vtriuſque Signaturæ Referendarius.

Et

Et ego Franciſcus Sacratus Ferrarienſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, Protbonotarius Apoſtolicus, & vtriuſque Signaturæ Referēdarius.

Et ego Ioannes Baptiſta Coccinus Venetus ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, & Signaturæ gratiæ per Conceſſum, coadiutor.

Et ego Hermannus Ortembergus Germanus Colonienſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, Canonicus Colonienſis, & Præpoſitus ſancti Huniberti.

Et ego Alexander Ludouiſius Bononienſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, vtriuſque Signaturæ Referendarius, & inclyti Studij Romani Vicecancellarius.

Et ego Alfonſus Manzanedus de Quiniones Hiſpanus Zamorenſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, & Canonicus Calciatenſis.

Et ego Dionyſius Simon de Marcomont Gallus Pariſienſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor.

Et ego Ioannes Baptiſta Pamphilius Romanus ſacri palatij Apoſtolici cauſarum Auditor.

BIBLIOTECA NAZ. ... VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

512

Digitized by Google